Dicit notandum quā dies diuersis modis accipitur in scriptura. **D**icitur enim dies lux illa quā illo triduo tenebras illuminabat. et dī dies illuminatio ipsa aeris. **D**icitur etiam dies spacio vigintiquatuor horarum. quāliter accipitur cum dī. **F**actum est vespere et mane dies unus. **Q**uod ita distinguendum est. factum est vespere prius et postea mane. et ita fuit dies unus expletus. xxij. horaruz. **D**ies. s. naturalis qui habuit vespere sed non mane. **O**nae enim dicitur finis precedentis et initium sequentis diei quod est aurora. que nec plenam lucem nec omnino tenebras habet. **O**nae ergo primus dies non habuit. quod nec dies p[re]cesserat. qui sequentis diei initio termiaretur. et eo precipue. quia luce apparente mox super terram plenus atque preclarus dies extitit. qui non ab aurora. sed a plena luce inchoavit et

II

Dio 13.

mane sequentis dicti consummatus est.
Vnde beda super genesim. Decebat ut dies a luce inciperet. et in mane sequentis diei tenderet. ut opa diei a luce intuschoasse. et in luce completa esse significetur. Reliqui autem dies mane habuerunt et vesperam. Quorum quisque a suo mane incipiens usque ad alterius diei manu tendebatur.

Data naturali ordine computacionis dierum. et de illo qui pro misterio introductus est.

Hic est naturalis ordo distinctionis eorum. ut distinguantur atque computentur dies a mane usque ad mae. Pro ea vero in misterio factum est ut dies computentur a vespere in vespere et adiungatur dies precedentis nocti in computacione. cum iuxta naturalem ordinem precedingens dies sequenti nocti adiungi debeat. quia homo a luce per peccatum corruit in tenebras ignorantie et peccatorum. Deinde propter a tenebris ad lucem redit. **Vnde apostolus.** Eratque aliqui tenebre. nunc autem lux in domino. Primus itaque dies. non ab aurora sed a plena luce incipiens. et post vespere paulatim occidente luce excipiens/ mane sequentis dicti expletus est. **Vnde beda** occidente luce paulatim et post spatiuum diurne longitudinis inferiores partes subeunte factum est vespere. sicut nunc usitato cursu solis fieri solet. factum est autem mane eadem super terram redeunte/et alium diem inchoante. et dies expletus est unus. triplex. horarum. Fuitque nocte illo triduo omnino tenebrosa/que post creata sidera aliqua luce claruerit.

Tur sol factus est si lux illa sufficiebat. **S**olet autem queri quare factus est sol si lux illa faciendo diei sufficiebat. Ad quod dici potest quoniam lux illa forte superiores partes illuminabat. et ad illuminacionem inferiorum solem fieri oportebat. Vel potius ideo

quia factio sole diei fulgor auctor est. Nam pliori enim multo luce radiavit dies posterius quam ante. Si autem queritur quid in lumine illa factum sit cum modo non apparent. Potest dici autem ea corpus solis formatum. aut in ea parte celi esse in qua sol est. non quia ipsa sit sol sed sic ei unita ut discerni non valeat.

Quomodo accipiendum sit illud dicit deus. an sono vocis id dicitur an aliis?

Preterea indestigandum est quoniam modo accipiendum sit quod ait. dicit deus. Utrum temporaliter vel sono vocis illud dixerit. an alio modo. **Augustinus** super genesim tradidit. nec temporaliter. nec sono vocis deum locutus fuisse. quia si temporaliter et mutabiliter et si corporaliter dicatur sonus vox dei. Nec lingua erat qua loquitur. Nec erat quem oporteret audire et intelligere. Bene ergo vox dei ad natum verbi per quod omnia facta sunt refertur. **Dicit ergo deus** fiat tecum. non temporaliter. non sono vocis. sed in verbo sibi coetero. et verbum genuit in tempore. et fieret in tempore et in eo factum est.

Quomodo accipiendum sit quod dicitur pater operari in filio vel per filium. vel in spiritu sancto.

Hic queri solet quoniam accipietur dum sit quod dicitur. pater operari in filio. vel per filium. vel in spiritu sancto. **Hoc enim** scriptura frequenter nobis promittit. ut omnia in sapientia fecisti dominum. id est in filio. et in principio. et in filio creauit deus celum et terram. Et illud. per quem fecit et secula super illum quoque psalmi locum. Verbo domini celi firmati sunt. tecum. Dicit augustinus quod pater operatur per verbum suum et spiritum sanctum. **Quomodo ergo** hoc accipiendum est. putauerunt quidam heretici quod patet uelut auctor et artifex filius et spiritus sanctus in rerum operatione quasi

instrumento utentur. Ex predictis verbis errandi occasionem sumentes. qd velut blasphemus atqz sane doctrine aduersum abiicit pia fides. Non est ita qz intelligendum ideo scripturam frequenter cōmemorari patre; operari in filio vel per filium tanquā filius non posset facere. si ei non porrexisset pat̄ dextraz vel tanquā aliquod instrumentum fuerit patris operantis. sed poti⁹ illis verbis patrem intelligi voluit cum filio et sp̄sancto opari. et sine eis m̄bil facere

¶ Contra hanc expositionem surgit hereticus.

Hec dicit heretic⁹ hac rōe posse dixisse filium operari p̄ p̄m vel in patre. et sp̄sanctum cu; vtroqz vel per verūqz. quia fili⁹ cū p̄re & sp̄sanctus cum vtroqz operatur cui breuiter respondetur. iō illud dictū eē & non istud. vt in patre ministrare; au toritas. Non em pater a filio. sed filius a patre opatur. et sp̄sanctus ab vtroqz. Iōqz etiam filius per sp̄sanctū legitur opari. quia cum sp̄sancto opat̄ hoc ipsum a filio habenti/ut operetur;

¶ Alia pdictorum exposito

Potest et aliter illud accipi. vt dicatur pater in filio. vel per filium operari. quia eum genuit om̄ opificem. sicut dicitur p̄ eum iudicare. quia genuit iudicem. ita et p̄ sp̄sanctum d̄r operari sive pater sive fili⁹ quia ab vtroqz procedit sp̄sanctus factōz om̄. **Vnde iohannes crisostomus** in expositō epistole ad hebreos sic ait. Non ut hereticus mānter suspicatur tā q̄ aliquod instrumentum patris extiterit filius. neqz per eum pater d̄r fecisse. tanquā ip̄e facere n̄ posset. s; sic d̄r pater iudicare per filium. quia iudicē genuit. Sic etia; dicitur operari per filium. quia eum constat opificez genuisse. Si em causa eius pater est/ scdm q̄ pater ē multo amplius eorum causa est que p

filium facta sunt. Nec de ope prime diei dicta sunt.

¶ De opere secunde diei qua factum est firmamentum. Distinctio 1e

Igit quoqz deus fiat firmamētum in medio aquarum et diuidat aquas ab aquis. Divisitqz aquas que erant sub firmamēto ab his que erant super firmamentum. Scindit⁹ est q̄ illius celī describitur hic creatio. sicut ait beda super ḡnesim in quo fixa sunt sidera cui supposite sunt aque in aere et in terra. et supposite alie. de q̄ b̄ dicitur. Qui tegis aquis supiora eē In medio ergo firmamentum est. i. subdividet celum/ quod de aquis factus eē credi potest. Cristallīm⁹ enim lapis cui magna est firmitas et perspicuitas de aquis factus est. Si quem vero mouet quomodo aque natura fluida & in imalibiles super celum possint consistere. de deo scriptum esse meminerit/ qui ligat aquas in nubibus suis. Qui em infra celum ligat aquas ad tempus vaporibus nubium retentas. p̄t etiam super celum speram nō vaporali tenuitate s; glaciali soliditate aquas suspendere ne labantur. Quales aut̄ et ad quid condite sint. ip̄e nouit qui cōdidit. Ecce ostēsum est his verbis q̄ celum factum sit. s. illud in quo sunt fixa sidera. id est qd excedit aerem. et de qua materia. s. de aquis. et quales sint aque/ que super illud c̄ celum sunt. s. ut glacies solidae.

¶ Alij putant celū illō eē ignee nature q̄ bus consentit angustimus.

Vidam vero celum quod excedit aeris spacia ignee nature dicunt. afferentes super aerez purum ignem eē/ qui dicitur eē celum. de quo igne sidera et lumaria facta esse coniectant. quibus augustinus cōsentire videtur. Otrum vero nomine firmamenti celuz quod excedit aerem. an ip̄e

aer hic intelligatur. idem auḡ q̄rit nec
absolut. maḡ tñ a p̄probare videt. celū
illud hic accipi qđ spacia aeris excedit
Nqs aut̄ q̄ sup illō celū sūt dīc vaporā
liter trahi & leuissimis suspendi guttis.
Sicut aer iste nubilosus exhalatione fr̄e
aquas vaporaliter trahit et per subtiles
minutas suspendit. et post corporalē
tius cōglobatas pluvaliter refundit.
Si ergo potest aqua sicut videmus ad
tantas minutias puenire ut feratur va
poraliter super aerem aquis naturalit
leuorem. Cur non credamus etiam su
per illud leuius celum minutiorib⁹ gut
tis et leuib⁹ immanare vaporibus. sed
quoquo modo ibi sunt /ibi eē n̄ dubitā?

¶ Que sit figura firmamenti.

Domi⁹ etiam solet cuius figure
sit celum. Sed sp̄us sanctus q̄
uis auctores nostri sciuerint p̄
eos dicere noluit. nisi qđ pro sit saluti.
Queritur etiam si stet an moueatur ce
lum. Si moueatur inquit quomodo
est firmamentum. Si stat quomodo in
eo fixa sidera circuerunt. sed firmamen
tum dici potest. non ppter statōnem / s;
pter firmitatem vel terminum aquarū
intransgressibilem. Si autem stat. m
hil impedit moueri. et circuire sidera

¶ Quare tacuit scriptura de opere scđe diei qđ in alijs dixit.

Dicit hoc queri solet quare hic n̄
est dictum sicut in alijs dierū
operibus. vidit deus q̄ esset
bonum. Sacramentum aliquod hic cō
mendatur. Ideo em̄ fortassis non ē hic
dictus. quod tamen sicut in alijs factus
est. quia bimarius principiū alteritatis
ē & signum diuisionis

¶ De opere tercie diei quando congre gate sunt in vnum locum.

Sequitur. Dicit deus. Congre
gentur aque in locum vnum. et
apparet arida Tercij diei op⁹
est congregatō aquarum in vnum locū
Congregate sunt em̄ om̄es aque/celo i
feriores. in vnam matricem / vt lux que
preterito biduo aquas clara luce lustra
uerat. i puro aere clarior fulgeat. & ap
pareat terra que cooperata latebat. & q̄
aquis limosa erat. fieret arida & germi
nibus apta. Eodem enim die p̄tulit t:
ra herbam virentem lignumq; faciens
fructum. Si autem queratur vbi cōgre
gare sint aque/que totum tererant spa
cium vsq; ad celum. potuit fieri ut ter
ra subsidens/concauas partes p̄beret.
vbi fluctuantes aquas recipere. Pot
etiam credi primarias aquas rariores
fuisse que sicut nebula tegeret terras. s;
congregatōne eē spissatas. et ideo fac
ile in vnum posse redigi locum. Cunq;
multa constet eē maria et flumina i vnu
tamen locum dicit aquas congregatas
pter cōtinuatōnem oīm aquarum que
in terris sunt. quia cuncta flumia et ma
ria magno mari iunguntur. Ideoq; cū
dixerit aquas congregatas in vnum lo
cum. Demde dicit pluraliter. congre
gatōnesq; aquarum. ppter multifidos
sinus earum/ quib⁹ oīb⁹ ex magno ma
ri principium est.

¶ De ope quarte diei quādo facta sunt lu mmaria.

Sequitur. Dicit deus. Fiant lu
mmaria in firmamento celi. et
diuidant diem ac noctem. In
precedenti triduo disposita est vμuer
itas huius mūdi machina et partibus
suis distributa. Formata em̄ luce prima
die que vμuersa illustraret. duo sequen
tes dies attributi sunt sup̄me & infime
parti mundi firmamento. s. aeri. terre. &
aque. Nam secunda die firmamentum
desuper expansum est. Tertia vero aq;
rum mobilibus intra receptacula sua
collectis. tra ē reuelata atq; aer serēat?

Quartuor ergo mundi elemēta illis diebus suis locis distincta sunt et ordinata. Tribus autem sequentibus diebus ornata sunt illa quattuor elemēta. Quarata em̄ die ornatum est firmamentum sole. et luna et stellis. Quarta aer in volatilibus et aqua in piscibus ornamenta acceperunt. Sexta accepit terra iumenta. et reptilia et bestias post q̄ omnia factus est homo. de terra et in terra. n̄ tamen ad terram. nec propter terram. sed ad celum et propter celum.

Ante alia dō ornata celī agitur sicut prius factum est.

Contra via ergo celum ceteris elemētis speciem prestat/ priusq; alii factum est. ideo ante alia ornatur in quarto die quo fiunt sidera. Que ideo facta sunt ut per ea illustret inferior pars. ne esset habitantibus tenebrosa. Infirmitatiq; hominum prouisū est. ut circumneunte sole/potirentur homines diei noctisq; vicissitudine propter dormiendi vigilandiq; necessitatem. et etiam ideo ne nox indecora remaneret. Sed luna ac sideribus consolarentur homines quibus in nocte operandi necessitas incumberet. Et quia quedā aīlia sunt que lucem ferre non possunt. Cy autem subditur. et fiunt in signa et tempora et dies et annos/ quomō accipendum sit queri solet. Ita em̄ dictu; videtur quasi quarto die cepissent tempora. cum prius triduum sine tempore n̄ fuerit. Ideoq; tempora que fiunt p̄ sidera non spacia morarum/ s; vicissitudinem aere qualitatis debemus accipere. q̄ talia motibus siderum fiunt. sicut dies et anni quos vītate nouimus. Sunt em̄ in signa serenitatis et tempestatis. et in tempora. quia per ea distinguimus quattuor tempora anni. s. ver. estatem. autumnum hiemem. Vel sunt in signa et in tempora. i. in distinctōe horarum temporum. quia priusquā fierent ordo temporū nul-

lis notabatur idicis. vel meridiana hora/ p̄ qualibet hora. hec. iiiij. die fīa sunt

De opere quīti diei quando creauit dōus ex aquis volatilia et natatilia.

Dixit etiā deus. Producant aq̄ reptile anime viuentis et volatile super terram et c. Opus qui te diei est formatio piscium et avium q̄ bus duo elementa ornantur et de eadē materia. i. de aquis pisces et aues creauit. volatilia levans in aera. et natatilia remittens gurgiti.

De opere sexti diei quando creata sunt animalia et reptilia terre

Equitur. Dixit deus. Producat terra animam viuentem. iumenta. et reptilia et bestias terre secundū species suas et c. Sexte diei op̄ describitur cū tra suis aīalib; ornari dō

Vtrum post peccatu; venenosa animalia noxia facta fuerint. an propter peccatum nocere ceperint p̄ facta innoxia.

Veri solet de venenosis et perniciiosis animantibus vtrump̄ peccatum hominis ad vindictam creata sint. an potius creata innoxia peccatoribus nocere ceperint. Sane dici potest. q̄ creata nihil homini nocisset. si non peccasset. Pumendorum namq; virtiorum et terrendorum. vel probande et perficiende et perfruende virtutis causa. nocere ceperunt. Fuerunt ergo creata innoxia. sed propter peccatum facta sunt noxia.

Vtrum minuta animalia tunc creata fuerint.

De quibusdā etiam minutis animalibus questio est. Vtrum in primis conditōibus creata sint an ex rebus corruptis postea orta sint.

Pleraque enim de humidorum corporis, vicijs vel exalatōibus siue de cadaue-ribus gignuntur. Quedam etiam de cor-ruptōne lignorum et herbarum et fru-ctuum et deus auctor om̄is est. Pot au-tem dici q̄ ea que de corporibus anima-lium. maxime mortuorum nascuntur cū animalibus creata non fuerint. nisi po-tentialiter et materialiter. Ea vero que ex terra vel ex aqua nascuntur. vel ex eis que terra germimante orta sunt. tūc creata fuisse n̄ incongrue dici potest.

Quare post om̄ia factus est homo.

Om̄ibus autem creatis atq; di-spositis nouissime factus est ho-mo tanquam dominus et pos-sessor qui et om̄ibus p̄ferendus erat. vñ sequitur. Videlicet deus q; esset bonum. et ait. Faciamus hominem &c. Sed ante-quā de hominis creatōne tractem⁹/qd supra breuiter tetigimus plenius ver-santes clarius faciamus. In hac enim rerū distinctōne catholici tractatores dissen-tire vbi supra diximus inueniuntur. Alijs dicentibus res creatas atq; distin-ctas scđm species suas per iterualla sex dierum. Quorum sententie. quia litera genesis magis inseruire uidetur atq; ca-tholica ecclesia magis approbat. iō ba-ctenus studiose docuimus. quomodo ex illa communē materia prius informi-ter facta. postea rerum corporaliꝝ ge-nera per sex dierum volumina distinc-ti sunt formata. Alijs autem videtur/q; n̄ per iterualla temporum facta sint. s; simul ita formata ad eē p̄diēt. qd au-gustinus super genesis pluribus mo-dis mititur ostendere. dicens elementa quatuor ita formata sicut modo appa-rent ab īicio extitisse. et celum sideri-bus ornatum fuisse. Quedam vero n̄ for-maliter sed materialiter tunc facta fui-se. Quae post p̄ temporis accessum for-maliter distincta sunt. ut herbe arbores et forte animalia. Om̄ia ergo ī ipso te-

poris īicio facta esse dicunt. sed que-dam formaliter et scđm species quas ha-bere cerimimus. vt maiores mundi par-tes. quedam vero materialiter tantū. S; vt dicit mōses loquēs rudi et car-nali populo locutōmis modum tempe-rauit deo loquens. a simili homīnis qui per moras temporum opera sua p̄ficit cuj ip̄e simul sua opera fecerit. vñ augustinus. Iō inquit mōses diuisim refert deum illa opera fecisse. quia non potuit simul ab homī dici / quod a dō simul potuit fieri. Item potuit diuide-re scriptura loquendi temporibus qd dō us operandi temporibus nō diuisit. Il-li qui his autoritatibus et alijs huius-modi īherentes dicunt quattuor elem-en-ta atq; celi lumīaria ita formata simul esse et habuisse illos sex dies quos scri-ptura memorat sex rerum genera. id est distinctōnes appellant que simul facta sunt partim formaliter partim causaliter.

Quomodo intelligendum sit deum re-quieuisse ab om̄i opere suo.

Non dō septime diei requie aliquid nos eloqui oportet. scriptum est. quia compleuit deus die septimo opus suum et requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patraret. Requieuisse dō deus die septimo/nō quasi opā do lassus. sed ab vniuerso opere requie uit. quia nouam creaturam facere cessa uit. Requiescere em̄ cessare dicitur. vñ m̄ apocalipsi dicitur. Non habeant req-ue dientia. Sanctus. Sanctus. Sanctus. i. dicere non cessabant. Requievis se ergo deus dicitur. quia cessauit a fa-cientis generis creature. quia ultra no-ua non condidit. vsq; nunc tamen vt ve-ritas ī euangelio ait. operatur pater. Pater cum filio. s. amministratōz eoru-dem generum. q̄ tunc īstituta sunt. crea-toris em̄ virtus/causa subsistendi ē om̄i creature. H̄ ergo dicitur. Pater me-us vsq; mō operat/et ego operoz illud

vmuersa creare oriuam amistratōem ostēdit. Die ergo septimo requieuit ut nouam creaturam vterius non faceret cunis materia vel similitudo non p̄ces serit. sed vsq; nunc operatur. vt quod dedit contmere et gubernare n̄ cesset.

Rqualiter accipiendum sit q̄ d̄r dē cō plesse opus suum septimo die cum tunc requieuit ab omni opere suo.

Ed querit quomodo septimo die dicatur deus compleuisse opus suum. cum ab omni ope re illo die quietuerit. nec aliquid genus nouum rerum fecerit. **A**lia translatō h̄z Consummauit deus die sexto opera sua que nichil questioñis affert. quia mā festa sunt que in eo facta sunt. et oīm summatio. eo die perfecta est. sicut scri ptura ostendit cum ait. **V**idit deus cū cta que fecerat / et erant valde bona. **O**mnia quidem naturaliter bona erant nichilq; in sui natura vicij habentia et sunt bona que condidit deus etiam singula. **S**imul vero vniuersa valde bona quia ex omnibus consistit vniuersitatis ammirabilis pulcritudo. in qua etiā illud quod maluz dicitur bene ordinatus et loco suo positum eminentius comendat bona. vt magis placeant et laudabiliora sint dum comparantur malis. **S**exto ergo die facta est operum consummatio. **I**deo p̄missa oritur questio quomodo dicatur deus die septimo opus suum compleisse. quod hebraica veritas habet. in quo tamen nichil nouuz creas se dicitur. nisi forte dicatur die septimo compleuisse opus suum. quia ip̄m bene dixit et sanctificavit. sicut subiicit scriptura. benedixit diei septimo/ et sanctificavit illum. **O**pus enim est benedictō et sanctificatio. sicut salomō aliquid op̄is fecit cū templum dedicauit

Que sit sanctificatio et benedictio septimi diei.

Illum autem diem sanctificasse et benedixisse dicitur. quia mistica p̄ ceteris benedictōne et sanctificatiōne eum donauit. **O**nde in le ge dicitur. **O**mentote sanctificare di em sancti sabbati. Et inde est/ q̄ numerando dies vsq; ad septimum p̄cedim⁹ et dicimus septem ēē dies quorum repetitōne omne tempus agitur. non quām aliis sit ab illis dies octauus et nonus. et sic de ceteris. **S**ed quia in sex diebus rerum genera distincta sunt. et in septimo licet non fuerit nouum genus rerū institutum. fuit tamen in eo quasi quādam nouus status sanctificatōnis operum et quietōnis opificis. Potest etiam sic expō illud. **C**ompleuit dē die septimo opus suum. id est completum et consummatum vidit.

De hominis creatōne vbi considerādūz est quare creatus sit homo et qualiter sit institutus q̄ duo supra tractata sunt et qualiter factus et qualiter lapsus postremo quomodo sit reparatus. que discutienda sunt

In excursis que supra de homi nis creatōne premisimus effe ctui mancipare atq; ordine ex planare nūc suscipimus. vbi hec consideranda videntur. s. quare creatō sit homo et qualiter institutus. et qualis vel quomodo factus. **D**einde qualiter sit lapsus. postremo qualit et per quē sit reparatus. **H**orum autem primo et secundo posita. i. causam creatōnis humane et modum institutōnis superius p̄ modulo nostre facultatis tractauim⁹. **J**o qz superest vt qualis vel quomodo factus sit discussiamus. **I**n gēnēsi legitur faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram q̄c. **I**n eo q̄ dīc faciamus/ una opatō trium personarū ostēditur. **I**n hoc vero q̄ dicit ad imaginem et similitudinem nostram. una et equalis substantia trium personarum

monstratur. Ex persona eī patris hic dicitur ad filium et sp̄m sanctum. Non ut quidam putant angelis. quia dei & angelorum non est vna et eadem imago vel similitudo.

Imago et similitudo hic a diuersis accipitur varie. a quibusdam increata. ab alijs creata et increata. vel eētia trinitatis vel filius et sp̄m sanctus.

Imago autem et similitudo in hoc loco vel increata intellige retur. i. trinitatis eētia ad quā factus est homo/vel creata in qua factus est homo. et ipa homini concreata. Increatam eī imaginem que deus est intellectus videtur beda cum dicit. non eē vnam imaginem dei et angelorum sed trium personarum. et ideo personis non angelis fit ibi sermo. In p̄te tamen imago dicitur. quia imago relativa ad aliud dicitur/cum similitudinem gerit & ad quod representandum facta est. si cut vna imago cesaris que ipi similitudinem preferebat ipm quodammodo rep̄sentabat. In p̄rie autem imago dicitur id ad quod aliud fit. Sicut exemplum p̄rie dicitur quod sumitur ex aliquo. & exemplar ex quo sumitur aliquid. Positum tamen et aliquando abusivum alterum pro altero. Ita et minus p̄rie accipitur imago. eētia trinitatis. si tam ea nomine imaginis in hoc loco intelligitur.

Opīo eorum qui putauerunt filium p̄ imaginem et similitudinem hic accipi

Illus vero p̄pe imago patris dicitur supra in tractatu de trinitate diximus. Vnde fuerūt non nulli qui ita distinxerunt. vt imaginem in hoc loco/intelligerent filium. hominem vero non imaginem/sed ad imaginem factum dicerent. quos refellit apostolus dicens. Vir quidem est imago & gloria dei. Dic nāqz imago. i. homo cū

dicitur fieri ad imaginēz nō quasi ad filium dicitur fieri. Alioquin non diceret ad imaginēm nostram. Quomō eī nostram diceret. cum filius solius patris imago sit. Fuerunt autem et alijs perspicacius hoc tractantes qui per imaginēz filium. et per similitudinem sp̄m sanctū intelligerent qui similitudo est patris. et filij. Et ideo pluraliter putauerunt dici nostram. id referentes ad similitudinem tantum. ad imaginēm vero subtillegendum esse meam. Domīmem vero et imaginēm eē et ad imaginēm & similitudinem factum eē tradiderunt. et imaginēm imaginis eē et similitudinis

Nec horum sententiam approbat/ sed imaginēm et similitudinem dei in homine querendam et considerandā docet ut imago et similitudo creata intelligat.

Intruncamen hec distinctō licet reprobabilis penitus nō videatur. quia de medio motuum. id est autoritatibus sanctorū; non manat congruentius in ipo homine imago et similitudo querenda est et consideranda. Factus est ergo homo ad ymaginē dei et similitudinem scđm mentem quam irrationabilibus antecellit. s. ad imaginem scđum memoriam et intelligentiam et dilectionem. Ad similitudinem scđi innocentiam et iusticiam/que in mente rōnali naturaliter sunt. vel imago consideratur in cognitione veritatis. similitudo in amore virtutis. vel imago in alijs oībus. similiendo in essentia/quia immortalis et inuisibilis. Vnde augustinus in libro de quantitate anime. Nō anima facta similis deo. quia immortalē et inuisibilē fecit eam deus. Imago ergo pertinet ad formam. similitudo ad naturam. Factus est ergo homo scđm animam ad imaginē & similitudinez nō patris vel filij vel sp̄m sancti /sed totius trinitatis. ita et scđus animam dī hō eē imago dei. quia imago dei i eo est. Sic

imago dicitur et tabula/et pictura que
in ea est.sed propter picturam que in ea est
simul et tabula imago appellatur. Ita
propter imaginem trinitatis etiam illud
in quo est hec imago/nomine imaginis
vocatur.

Homo dicitur imago et ad imaginem
filius vero imago et non ad imaginem

Orcia homo et imago dicitur
et ad imaginem.filius autem ima-
go/non ad imaginem.quia na-
tus/non creatus.equalis et in nullo dis-
similis homo creatus est a deo/non genitus
non paritate equalis/sed quadam simili-
tudine accedens ei. **Vñ** augustinus in li-
bro.vii.de trinitate. In genesi legitur
faciamus hominem ad imaginem et si-
militudinem nostram. faciamus et nostram
pluraliter dicit. et nisi ex relativis accipi
non oportet. ut facere intelligatur patre
et filius et spūsanctus.ad imaginem pa-
tris et filij et spūsancti. ut subsisteret ho-
mo imago dei. Sed quia non oino equa-
lis fiebat illa imago tanquam imago non
ab illo nata/sed ab eo creata. Ideo ita
imago dicitur quod et ad imaginem. quia
non equatur paritate/sed accedit qua-
dam similitudinem. filius autem est ima-
go/sed non ad imaginem. quia equalis
patri. **D**ictus est ergo homo ad imaginem
propter imparē similitudinem. Et ideo no-
stram. ut imago trinitatis esse homo in-
telligatur. non trinitati equalis /sic ut fi-
lius patri. **E**cce ostensum est secundum
quid homo sit similis deo. s. secundum am-
mam. **S**ed et in corpore quandam pro-
prietate habet. quod hic indicat. quia est
erecta statura . secundum quam corpus anima-
tonali congruit. quia in celum erectum
est.

De creatōne anime utrum de aliquo fa-
cta sit vel non. et quando facta . et quā
gratiā habuerit in creatōne **D**icitur septuaginta

In de origine anime plura queri
solet. scilicet unde creata fuerit.
et quā gratiā habuerit in
creatōne. **S**icut hoīs formatō secundū
corpus describitur cum dicitur. Formauit
deus hominē de limo terre . ita eiusdem
secundū aīam factura describitur cū subdi-
tur. et inspirauit in faciem eius spiracu-
lū vite. **C**orpus enim de limo terre forma-
uit deus/cui anima inspirauit. **V**el secū-
dum aliā literā flavit vel sufflavit. non
quod faucibus sufflauerit. vel mābū cor-
poris corporis formauerit. Spūs enim
deus est. nec lima mēbris compo-
nitus. **N**on ergo carnaliter putemus di-
um corporeis mābus formasse corpū
vel faucibus inspirasse animam. sed potius
hominem de limo terre. sed corpus for-
mauit iubendo volendo. i. voluit et ver-
bo suo iussit/ut ita fieret . et inspirauit in
faciem eius spiraculū vite. id est substā-
tiā aīe/in qua vineret/ creauit non de
materia aliqua corporali vel spūali. sed
de mīchilo.

Opiniō quorundam hereticorū qui pu-
tauerunt aīam esse de substātiā dei .

Itauerūt enim quidam heretici de
um de sua substātiā aīam creas-
se verbis scripture pūicaciter i-
berentes quibus deus inspirauit vel insuf-
flavit ac. cum flat i. quiunt vel spirat hō
de se flatum emitit. **S**ic ergo cū dicit
deus flasse. vel spirasse spiraculum in fa-
ciem hoīs . ex se spūm hoīs emisisse intel-
ligitur. id est de sua substātiā. **R**ui hō
dicunt non capiunt tropica locutus de di-
ctum esse sufflavit/vel flavit. i. flatū hoīs
scilicet anima fecit. flare enim est flatum fa-
cere. flatū facere est animam facere . **Vñ**
Domīnus per isaiah. Omnem flatum eō
feci. **N**on sunt ergo audiendi qui putāt
animam esse partem dei. Si enim hoc esset /
nec a se nec ab alio decipi posset . **N**ec
ad malū faciendum vel patientiū com-
pelli. nec in melius vel deterius mutari.

Sicut ergo quo hominem ait factus est a deo/non de deo nec de aliqua materia/sed de nichilo

Hic quidam facta sit anima an a corpore an in corpore.

Sed utrum in corpore vel extra corpus etiam inter doctos scrupulosa questio est. **Augustinus** enim super genesis tradidit animam cum angelis sine corpore fuisse creatam; postea vero ad corpus accessisse. neque compulsa est in corporari. sed naturaliter illud volunt. i. sic creata fuit / ut vellet. sicut naturale nobis est velle vivere. **M**ale autem velle vivere / non nature / sed voluntatis est peruerse. **N**isi vero dicunt animam primi hominis in corpore fuisse creatam/ ita exponentes verba illa. In spiravit in faciem eius spiraculum vite. i. animam in corpore creavit/ que totum corpus animaret. faciem tamen specielem exprimit. quia hec pars sensibus ornata est ad intuenda superiora. **S**ed quidquid de anima primi hominis estimetur dicitur. certissime sentendum est quod in corpore creentur. Creando enim infudit eas deus/ et infundendo creat. Dicendum est etiam animam illam/ non sic esse creatam. ut presencia esset operis futuri iusti vel iniusti.

Spiravit in faciem eius

In qua etate deus hominem fecerit.

Sicut etiam queri/ utrum deus hominem repente in virili etate fecerit. an perficiendo et etates augendo / sicut nunc format in matris utero. **Augustinus** super genesis dicit. **A**dam in virili etate continuo factus est. et hoc secundum superiores non in feriores causas. i. secundum voluntatem et potentiam dei. quam nature generibus non alligauit qualiter et virga moysi conuersa est in draconem. Nec talia contra naturam fiunt. nisi nobis quibus aliter na-

ture cursus immotuit. deo autem natura est quod facit. non ergo contra dispositionem suam illud fecit deus. Erat enim prima creaturarum conditio sic hominem posse fieri sed non ibi erat necessaria ut sic fieret. hoc enim non erat in conditione creature/sed in beneplacito creatoris cuius voluntas necessitas est. hoc enim necessario futurum est quod vult et prescrit. **O**ulta vero secundum inferiores causas futura sunt. sed in praesentia dei futura non sunt. **S**i autem ibi aliter futura sunt. potius futura sunt sicut ibi sunt/ ubi prescrit ille qui non potest falliri. **S**ic ergo factus est adam. non secundum inferiores causas. quia non erat in rerum causis seminalibus ut ita fieret. sed secundum superiores non contra naturam operantes. quia in rerum causis naturalibus erat. ut ita posset fieri

Hoc homo extra paradisum creatus in paradi so sit positus et quare ita factus sit.

Hominem autem ita formatum tulit deus. ut scriptura docet et posuit in paradi so voluptatis quam plantauerat a principio. **D**is verbis aperte moses insinuat/ quod homo extra paradisum creatus. postmodum in paradi so sit positus. **Q**uod ideo factum dicitur/ quia non erat in eo permansurus/ vel ut non nature sed gratie hoc assignaretur. **I**ntelligitur autem paradi so localis et corporalis in quo homo locatus est. **T**res enim generales de paradi so sive sunt. **U**na eorum quod corporaliter intelligi voluntem habet. **A**lia eorum qui spiritualiter habet. **T**ercia eorum qui utroque modo paradi so accipiunt. **T**erciam michi placere fateor. ut homo in corporali paradi so sit positus/ qui ab illo principio platus accipi potest/ quo terram omnes remotis aquis. herbas et ligna producere iussit. quia et si pretius ecclesie vel future typum tenet. aliter tamen intelligendum est esse locum amissimum.

per ipso ipsum dicit

fructuosis arboribus magnum/et magno fonte fecundum quod dicim⁹ a principio/antiqua translato dicit ad orientem. **V**nde volunt in orientali parte eē paradisum longe int̄eriacente spacio v̄l maris vel terre/a regiomibus quas incolunt homines secretum et in alto situm usq; ad lunarem circulum pertingentē vnde nec aque diluij illuc peruererūt

De lignis paradisi inter que erat lignū vite·et lignū scientie boni et mali.

Th̄ hoc autem paradiſo erāt ligna diversi generis inter que vnu erat quod vocatum est lignum vite. alterum vero lignum scientie boni et mali. Lignum autem vite dictum est sicut docet beda et strabus. quia diuinus accepit hanc vim. vt q̄ ex ei⁹ fructu comederet/corpus eius stabili sanitate et perpetua soliditate firmaretur. nec vlla infirmitate vel etatis imbecillitate in deterius vel in occasum laberetur

Quare vocatum sit lignum scientie boni et mali.

Signum autem scientie boni et mali/non natura hoc nomen accepit sed ab occasione rei p̄ea securit. Arbor enim illa non erat mala. sed scientie boni et mali ideo dicta est. quia post prohibitōnem erat in illa transgressio futura qua hōc experiēdo disceret quid esset inter obedientie bonum / et inobedientie malum. Non ergo d̄ fructu qui nasceretur inde positum est illō nomen. sed de re transgressionē secuta Cognouit em̄ homo priusq; tangeret hoc lignum bonum et malū. sed bonum per prudentiam et experientiam. et malum per prudentiam tm̄. Quod etiam per experientiam nouit/vsurpato ligno vetito. quia per experientiam mali didic̄it. quid sit inter bonum obedientie / et malum inobedientie. Si vero primi pa-

rentes obedientes essent. nec contra p̄ceptum peccassent /non ideo tamen minus diceretur lignū scientie boni et mali quia hoc ex eius tactu accideret si usurparetur. **N** ligno ergo homo prohibitus est qd̄ malū non erat. vbi ipa precepti conseruatio bonum illi esset. transgressio malum. **N**ec melius considerat quantum malum sit inobedientia q̄ hōmō cū scilicet ideo reus factus eē hōc intelligitur. quia prohibitus rem tetigit/ quā si nō prohibitus tetigisset. nec peccasset. nec penam sensisset. **S**i enim venenosam herbas prohibitus tetigeris/ pena sequitur. et si nemo prohibuisset simili ter p̄sequeretur. **S**i etiam prohibetur res tangi que non tangenti tantum/ sed prohibenti obest. sicut aliena pecunia. ideo prohibitum est peccatum. quia prohibenti est damnosum. **C**ū vero tangit qd̄ nec tangenti obest/si non prohibet. nec cuilibet si tangatur. **I**deo prohibetur vt per se bonum obedientie / et malū inobedientie monstretur. **S**icut primus homo a re bona prohibitus pena icurrit. vt non ex re mala/sed ex inobedientia pena eē monstretur. sicut ex obedientia palma .

De formatōne mulieris. **S**ic 18 wa

Th̄ eodem quoq; paradiſo mulierem formauit deus de substantia viri/sicut post plantatum paradiſum hominemq; in eo possum/et post vniuersa animalia ad eum ducta/ susq; nominibus designata subnectit scriptura. immisit deus soporem in adam. cū q; obdorisset/tulit vnam de costis eē et formauit eam in mulferem.

Quare virum prius ·et postea de viro mulierem creavit. nō simul vtrūq;

Etc attendendum est quare non creavit simul virum et mulierē sicut angelos. sed prius virum.

deinde mulierem de viro. Ideo scilicet ut unum unum esset generis humani principium, quatinus in hoc et superbia dyaboli confunderetur. et hominis humilitas dei similitudine sublimaretur. Dyabolus quippe alius a deo principium esse concupierat. Ideoque ut ei suprabia retuleretur. homo in munere accepit quod dyabolus peruerse rapere voluit sed obtinere non potuit. Et per hoc imago dei in homine apparuit. Quia sicut deus omnibus rebus existit principium. creatomis. ita homo omnibus hominibus principium generatominis. Ideo etiam ex uno homine omnes esse volunt deus ut dum cognoscerent se ab uno esse omnes se quasi unum amarent.

Huare de latere viri non de alia corporis parte formata sit.

Om autem his de causis facta sit mulier de viro/ non de qualibet parte corporis viri/ sed de latere eius formata est/ ut ostenderetur quia in consortium creabatur dilectois. ne force si fuisset de capite facta. viro ad dominatorem videretur preferenda. aut si de pedibus ad seruitutem subjicenda. Quia igitur viro nec domina nec ancilla parabatur sed socia. Nec de capite nec de pedibus/ sed de latere fuerat producenda ut iuxta se ponendam cognosceret. quam de suo latere sumptas didicisset.

Huare dormienti et non vigilanti costa subtracta est.

DOn sine causa dormienti quoque viro/ potius quam vigilanti detracta est costa de qua mulier in adiutorium generatominis viro est formata sed ut nullam in eo sensisse penam monstraretur et diuine simul potentie opus mirabile ostenderetur que hominis dormientis latus aperuit. nec eum tamen a

quiete soporis excitavit. In quo etiam operae sacramentum Christi et ecclesie figuratur est. Quia sicut mulier de latere viri dormientis formata est. ita ecclesia ex sacramentis que de latere Christi in cruce dormientis perfuderunt. sanguine et aqua quibus redimimur a peccatis atque abluiimur a culpis.

Tunc de illa costa sine extremitate addita, mento facta fuit per dei potentiam sicut quinque panes in se multiplicati sunt.

Sicut etiam queri utrum de illa costa sine adiectione rei extremitate facta sit mulier/ quod quibusdam non placuit. Ceterum si ad perficiendum corpus mulieris Deus extremitatem augmentum addidisset / maius illud esset quam ipsa costa. Ideoque potius de illo quam de costa mulier facta deberet dici. de quo plures accepisset substantie pretes. Restat ergo ut de sola ipsius coste substantia sine omni extremitate addimento per diuinam potentiam in semet ipso multiplicata mulieris corpus factum dicatur/ eo sane miraculo quo postea de quinque pambus Ihesu celesti benedictione multiplicatis quinque milia hominum satiata sunt. Illud etiam sciri oportet quod cum angelorum ministerio facta sit mulieris formatio. non est eis tamen tribuenda creatomis potentia. Angeli enim nullam possunt creare naturam. ergo non formare costam in mulierem. nec carnis supplementum in locum coste. non quod nihil agant ut aliquid creetur. sed non ideo creatoris sunt. sicut nec agriculte segetum vel arborum. Solus Deus. item trinitas est creator. facta est ergo femina a deo/ etiam si costa misstrata sit per angelos.

Vtrum secundum superiores an inferiores causas ita facta sit mulier. 1. an ratio seminalis id haberet ut ita fieret/ tantum ut ita fieri posset. sed ut fieret in deo etiam esset causa.

Sed queritur an ratō quam deus primis operibus concrevit id haberet / ut secundum ipsam ex viri latere feminam fieri necesse foret. En hoc tantū ut fieri posset. **N**o quod sciendum est omnium rerum causas in deo ab eterno esse. Ut enim homo sic fieret / vel equus et huius in dei potentia et dispositōne ab eterno fuit. **E**t hee dicuntur primordiales cause / quia istas alie nō p̄cedunt / sed iste alias que sunt cause causarum. **C**unq; vnum sit diuina potentia dispositio sive voluntas et ideo una omnium principalis causa / tamen propter effectus diuersos plura liter dicit augustinus causas primordiales omnium rerum in deo esse. induces similitudinem artificis in cuius dispositōne est / qualis futura sit archa. **I**ta et in deo vnius cuiusq; rei fuisse causa processit. In creaturis vero quarundam rerum / si non omnium cause sunt. ut ait augustinus. Quia inseruit deus seminales rationes rebus secundum quas alia ex alijs proueniunt. ut de hoc semine tale granum de hac arbore talis fructus et huiusmodi. **E**t haec quoq; dicuntur primordiales cause / et si non adeo proprie / quia habent ante se causam eternam / q; proprie et universaliter prima est. Ille vero ad reges aliquas dicuntur prime / que scilicet ex eis proueniunt. Ideo etiam primordiales dicuntur / quia in prima rerum dispositōne rebus a deo insite sunt / et sicut creature mutabiles sunt. ita et hee cause mutari possunt. Que autem in immutabili deo causa est / mutari non potest.

Distinctio causarum regnorum perutilis. scilicet q; quedam in deo et in creaturis. quedam in deo tantum

Omnia ergo rerum cause in deo sunt. sed quarundam cause et in deo sunt et in creaturis. Quarundam cause in deo sunt. et illarum rerum cause dicuntur abscondite in deo. quia ita

est in diuina dispositōne ut hoc vel illud fiat quod non est in semiali creature ratione. **E**t illa quidem que secundum causam seminalem fiunt / dicuntur naturaliter fieri. quia ita cursus nature hominibus innotuit. **A**lia vero preter naturam quorum cause tantum sunt in deo. **D**ic autem dicit augustinus esse illa que per gratias fiunt. vel ad ea significanda non natura litter sed mirabiliter fiunt. **I**nter q; mulieris facturam de costa viri ponit. ita dicens / ut mulierem ita fieri necesse foret / non in rebus conditum sed in deo ab sconditus erat. **O**mnia creature cursus habet naturales leges. super hanc naturalem cursum creator habet apud se posse de omnibus facere aliud / q; eorum naturalis ratio habet. ut s. virga arida repente floreat / fructum gignat. et in uenientie sterilis / in senectute pariat. ut asina loquatur et huiusmodi.

De gemino opere prudentie.

Edit autem naturis ut ex his etiā / hec fieri possent. non ut in naturali motu haberent. **D**abat ergo deus in se absconditas quarundam futurorum causas quas rebus conditis non inseruit eas q; implet. non opere prudenterie quo nature subsistunt ut sunt / sed quo illas amministrat ut voluerit / quas ut voluit condidit. **O**mnia ergo que ad gratiam significandam non naturali motu rerum / sed mirabiliter facta sunt absconde cause in deo fuerunt. quod vnum erat q; mulier facta est de latere viri dormientis. Non habuit prima rerum conditio ut femina sic fieret / ut fieri posset. ne contra causas quas deus voluntarie instituit mutabili voluntate aliquid facere putaretur.

De anima mulieris que non est ex anima viri / ut quidam putauerūt. dicentes animas esse extraduce.

II

Demadmodum mulieris corp² de viri corpore traditum fuit. ita putauerunt aliqui i^pius animam de viri anima propagatam et omnes animas p^ter primam detraduce esse sicut corpora. Alij autem putauerunt simul omnes animas ab initio creatas. Catholica autem ecclesia nec simul nec extraduce factas e^e animas doceat. sed in corpibus per coitum seminatis atq; for matis infundi. et ifundendo creari. Unde in ecclesiasticis dogmatibus. Anias hominum non esse ab initio iter ceteras intellectuales naturas/nec simul creatas sicut origenes fingit dicim². neq; i^r corporibus per coitum seminari. sicut luciferiam et cirillus/et quidam latinorum presumptores affirmant. Sed dicimus corpus tantum per coniugij copulae seminari. Creatonem vero animae solum creatorum nosse. Fiusq; iudicio corpus coagulari in vulva et cōpingi atq; for mari. ac formato iam corpore animam creari atq; infundi ut vivat in utero homo ex anima constans et corpore et egrediatur viuus ex utero/plenus humana substantia. Hieronimus etiam anathematizans vinculo illos condemnat. qui animas extraduce dicunt. inducens autoritatem prophete. Qui fixerit singillati cor da eorum. Hoc satis inquit innuit propheta q^y non ipam animam de anima facit deus. sed singillatim animas de in chilo creat.

De primo hominis statu ante peccatum scilicet qualis fuerit secundum corpus et secundum animam. 19^{ma} Disputatio

Solent queri plura de primo hominis statu ante peccatum. s. q^y lis fuerit homo priusquam pecaret/et in opere/et in anima mortalis an immortalis. passibilis an impassibilis. De termino inferioris viet et de transitu ad superiorem de modo propagatoris filiorum et alia multa que non muti

liter sciuntur. licet aliquando curiositate querantur. At priusquam ad animi qualitatem pertinentea prosequamur. de qualitate eius secundum corpus et modo propagatoris filiorum et de alijs quibusdam inspiciamus. Primus ergo hō secundum naturam corporis terreni. et mortalitatis fuit quodammodo secundūz aliquid quia potuit non mori. et mortalitas quod amodo q^y potuit mori. In illo nāq; primo statu habuit posse mori. et posse non mori. Et hec fuit prima humani corporis immortalitas. s. posse non mori. In secundo vero statu post peccatum habuit posse mori. et non posse non mori. quia in hoc statu moriendi est necessitas. In tertio statu habebit posse non mori et non posse mori. quia ad illum statum pertinet moriendi impossibilitas/quo^d ex gratia erit/non ex natura. In primo statu fuit corpus hominis ammale. id est egens alimonija ciborū.

Tuomō dicitur homo factus in animā viuentem.

Vnde et homo factus dicitur in animam viuentem. non spūalez id est in animam corpus sensificantem. quod adhuc erat ammale/non spūale/quod egebat cibis ut per animā viueret. factus est ergo in animā viuentem. i. vitam corpori dante. tam per sustentātiā ciborum. et tunc erat corpus mortale et immortale. quia poterat mori/et poterat non mori. Post peccatum vero factū est mortuū. sicut dicit apostolus. Corpus ppter peccatum mortuum est. i. necessitatē moriendi in se habet. In resurrectōne vero erit spūale. s. agile cibis non egens. et immortale non sicut in statu primo tantū fuit. s. q^y possit non mori. sed etiam q^y potentē mori. Unde augustin² super genesim apostolus ait. Corpus quod mortuum est ppter peccatum et c. Prinus de limo terre formatū est corpus ammale nō spūale

cū quasi resurgemus. Renouabitur em̄ a ve. ustate non in corpus animale. quae func. sed i melius id est spūale cū hoc mortale induit immortale. in quod mutandus erat adam. nisi mortem corporis animalis peccando meruisset. Non ait apostolus corpus mortale est propter peccatum/sed mortuum. Illud em̄ ante peccatum mortale. et immortale erat. quia poterat mori et non mori. Aliud est autem non posse mori. aliud posse non mori. Ideo factum est per peccatum non mortale quod erat. sed mortuum / quod non fieret nisi peccaret. Animalis enim non est hoc corpus/sicut primi hominis fuit/sed iam deterius ē. Habet enim necessitatē moriendi.

¶ Corpus hominis ante peccatum mortale et immortale fuit.

Cecce hic euidenter aperit augustinus q̄ corpus hominis ante peccatum mortale et immortale fuit sed non qualiter fiet in resurrectōne. De hoc eodez beda super genesim ait. Nō est credendum ante peccatum ita fuisse mortua corpora/sicut modo. Ait em̄ apostolus. Corpus propter peccatum mortuum est. sed licet fuissent animalia non dum spūalia/non tamen mortua/que scilicet necesse esset mori.

¶ Verum immortalitas quam habuit ante peccatum esset de conditōne nature an ex gratie beneficio.

Nollet hic queri cum homo prius mortale et immortale corpus habuerit. utrum ex conditōne nature ipius corporis habuerit utrumq; an alterum beneficium esset gratia. si immortalitas. i. posse non mori. Ad qđ dici potest. quia alterum habebat in natura corporis. i. posse mori. Alterum vero. s. posse non mori. erat ei ex ligno vite scilicet ex dono gratie. **Vnde** augustinus su-

per genesim. Quodammodo creatus ē homo immortalis / quod erat ei de ligno vite. non dicitur de conditōne nature. Moralis erat de conditōne corporis animalis/humor talis beneficio conditoris. Non enim immortale erat/q̄ omni no mori non posset. quod nō erit nisi cū fuerit spūale. Aperte dicit q̄ non natura/sed ex ligno vite habebat posse non mori. Propter hoc aliqui dicunt q̄ nisi illo ligno vite vteretur/nō semper vivere. quia peccaret. Peccaret enim si illo ligno non vteretur. quia preceptum erat ei/vt comedetur de omni ligno parvissimi/nisi de ligno scientie boni et malii. Sic ergo peccauit comedendo quod erat prohibitum / ita etiam peccaret si non comedetur/quod erat iussum

¶ Si non foret preceptum ut de illo ligno comedetur et alijs non illo vteretur an posset non mori.

Sed adhuc queritur. si non esset preceptum ut dō ligno vite ederet et alijs et non illo vesceret nunquid posset non mori. Si semper vivueret non vtrens de illo ligno/non erat ei ex illo ligno posse non mori. Si vero non posset semper vivere/ id erat ei ex illo ligno posse. Alij quidez dicunt/q̄ si non fuisset ei preceptum vesci de illo ligno et alijs/et non illo vesceretur vivere semper. Sic determinantes illud qđ supra dixit augustinus. erat ei de ligno vite/non de conditōne nature tantum. scilicet quasi non ex conditōne nature solus modo erat ei. sed etiā ex ligno illo. Alijs autē videtur q̄ ex ligno vite erat ei posse non mori/non ex natura. Ideo em̄ dicitur potuisse nō mori. quia poterat ut in illo ligno. de quo edens non moreretur

¶ Questio augustinii quomō immortalis factus sit homo.

De hac vero hominis immortaliitate qualis fuerit augustinus super genesim questionem monens / sic ait . **G**ueric quomodo immortalis factus sit homo pre alijs ammantibus . Et quomodo cum illis communem acceperit alimoniam . **S**ed alia est immortalitas carnis quam in adam accepimus ? **A**lia quam in resurrectione speramus per ipsum . Ille factus est homo immortalis ut non posset mori si non peccaret . moreretur autem si peccaret . filii vero resurrectio[n]is nec poterunt ultra peccare nec mori . **C**aro nostra non tunc egebit resurrectione ciborum . quia nulla poterit esse defectio . **C**aro ade ante peccatum ita immortalis creata est ut per alimonias adiuta esset mortis et doloris expersa . **S**ic ergo immortalis et incorruptibilis condita est caro hominis ut suam immortalitatem et incorruptio[n]em per observationem mandatorum dei custodiret . In quibus mandatis hoc continebatur / ut de illis lignis concessis manducaret / et ab interdictione abstineret . Per horum edulium immortalitatis dona seruaret . donec corporalibus incrementis perductus ad etatem que conditoris placeret multiplicata pergenie ipso iubente sumeret de ligno vite . quo perfecte immortalis factus / cibi alimenta ulterius non requireret .

TSummatim superiorum verborum sententiam perstringit

Cce his verbis videtur augustinus tradere quod caro primi hominis immortalitatem in se habuerit que per alimoniam ciborum conseruare tur usque ad tempus sue translatio[n]is melius . quando de ligno vite comedet et fieret omnino immortalis . ita ut non posset mori .

Ver predictis consequi videtur hominem de nature sue conditio[n]e quomodo

fuisse immortalem sed non omnino fiet ret immortalis in participato ligno vite .

De aliqui dicunt quod immortali[tatem] de natura habebat qua poterat non mori que aliorum lignorum esu poterat conseruari . sed non poterat consummari nisi per assumptos ligni vite . quod videtur augustinus sentire super genesim dicenda . **H**oc quoque addo talem cibum illam arborem praestituisse quo corpore hominis stabili simitate firmaretur . non sicut ex alio cibo / sed inspiracione salubritatis occulta . hic innuere videtur quod cum alijs cibis possit corpus sustentari / hoc cibo insufficiens similitate firmaretur . **E**x quo consuequi videtur / quod sicut in natura sua habuit immortalitatem quoddam . s . aptitudinem moriendi . ita aliquam immortalitatem in natura sui habuit . s . aptitudinem qua poterat non mori / cibis adiutus . sed si persistisset immortalitatis perfectio esset ei in ligno vite . **S**ed qui hoc tradidit quomodo superiora augustinus verba quibus dicit quod erat immortalis ex ligno vite . huic sententie non accidunt . sed diligenter inquiratur .

De modo procreatōnis filiorum si non peccassent primi parentes . et quales nascentur filii .

mo fit suggestio siue per cogitatōnē; si
ue per sensus corporis vel videndo vel
tangendo vel audiēdo vel gustādo vel
olfaciendo. Que suggestio cum facta
fuerit/si cupiditas nostra non moueat
ad peccandum excluditur serpētis astu-
tia. Si autem mota fuerit quasi iā mu-
lieri persuasum erit. sed aliquando rō
viriliter etiam commotam cupiditatē
refrenat et compescit. Quod cum sit n̄
labimur in peccatum. sed cum aliquan-
ta luctatōne coronamur. Si autem ra-
tio consentiat. et qd libido commoue-
rit/faciendum eē decernat ab omnī bea-
ta vita tanquam de paradiſo expellitur
homo. Jam enim peccatum imputatur
etiam si non subsequatur factum. quan-
do rea tenetur i consensione cōſcientia.

Huare hec de amīme partibus dixit.

Nec de amīme partibus interse-
rūmus/ut ipius amīme natura
plemus cognosceretur. et secun-
dum quam sui portōnem in ea sit liberū
arbitrium intelligatur. s. secundum rōes
quo omne peccatum mortale geritur /
sed non omne veniale. illud. s. quod i so-
lo motu sensualitatis erigitur.

Ru sensualitas sepe i scripture aliter qj
supra accipitur. s. vt ei in inferior rōis
portio ei noīe intelligatur.

Non est est autem silentio prete-
reundum q; sepe i scripture no
mīne sensualitatis/ non id soluz
in anima qd est nobis commune cū pe-
core/ sed etiam inferior portio rōis q
temporalium dispositōm itendit/intel-
ligitur. Quod diligens lector in locis

scripture vbi de ipa fit mentio vigilan-
ter annotet.

Redit ad liberi arbitrij consideratōnem.

Dio 29th

Liberū vero ad ppositum redeamus
scz ad liberi arbitrij tractatus. Qd
philosophi diffimenes dixerunt
liberum de voluntate iudicium. qz
potestas ipa et habilitas voluntatis et
rōis quod supra diximus eē liberum ar-
bitrium. libera est ad utrumlibet/ quia
libere potest moueri ad hoc vel ad illō
Liberum ergo dicitur arbitrium quantū
ad voluntatem/quia voluntarie moue-
ri. et spontaneo appetitu ferri potest ad
ea que bona vel mala indicat/vel iudi-
care valet.

Ru liberum arbitriū nō pertinet nisi ad
futurum/nec ad oīe futurū

Fac autem sciendum est q; libe-
rum arbitrium ad pns vel ad p
teritum non refertur/sed ad fu-
tura contingentia. Quod enim i presen-
ti est/determinatum est. nec in potesta-
te nostra est/ut tunc sit vel non sit quan-
do non est. potest enim vel non esse vel
aliud esse postea. sed potest non eē dū ē
vel aliud eē dum id est quod est. sed in
futuro an hoc sit vel illud ad potestate
liberi arbitrij spectat. Nec tamē omnia
futura sub potestate liberi arbitrij veni-
unt. sed ea tantum que per liberum ar-
bitrium possunt fieri vel non fieri. Si qf
enim tale quid velit ac disponat facere
quod in eius nullatenus sit potestate.
vel quia sine ipius dispositōne eque fie-
ret/in hoc ipē liberū nō habet arbitriū

Ru suprapoita descriptio liberi arbitrij
nō duemt deo. nec his qui glorificati sūc

Cquidam secundum predictaz
assignatōnem in his tantum vi-
detur eē liberum arbitrium qui

voluntatē mutare et in contraria possunt deflectere. In quorum vi periclit potesta te est eligere bonum vel malum. et ut libet secundum electōrem facere vel dimittere. Scđm qđ nec in deo nec in his omnibus qui tanta beatitudinis gratia sunt roborati. ut iam peccare nequeat. liberum arbitrium eē nequit. Sed qđ dūs liberum arbitrium habeat. augustinus docet in libro. xxiij. de ciuitate dei ita in quibus. Certe deus ipse. nūquā qđm peccare non potest ideo liberum arbitriuꝝ habere negandus est. Ambrosius quoꝝ in libro de trinitate ait. Daulus dicit quia omnia operatur unus atq; idē spiritus diuidens singulis put vult. i. pro libere voluntatis arbitrio / non pro necessitatibus obsequio.

¶ Qualiter in deo accipit liberus arbitriuꝝ.

Sed aliter accipitur liberum arbitrium in creatore qđ in creaturis. Dei etem⁹ liberum arbitrium dicitur eius sapientissima et omnipotens voluntas/ que non necessitate sed libera bonitate omnia facit put vult. Ideoꝝ hieromimus attendens non ita esse liberum arbitrium in deo sicut est in creaturis/ ab ipso videtur liberum arbitrium excludere in omelia quadam de filio prodigo dicens. Solus deus est in quem peccatum non cadit. nec cadere potest. Cetera cum sint liberi arbitrij in utramq; partem flecti possunt. Dux ait cetera indicat liberum arbitrium sicut ē in ceteris non ita esse in deo.

¶ Angeli et sancti qui in beatitudine habent liberum arbitrium.

Angeli vero et sancti qui iam cum domino feliciter vivunt/ atq; ita gratia beatitudinis confirmati sunt/ ut ad malum flecti non velint/ nec possint libero arbitrio non carent. Unde augustinus in libro. xxiij. de ciuitate dei.

ait. Sicut prima immortalitas fuit quā peccando adam perdidit / posse nō mori. ita primum liberum arbitrium posse non peccare. nouissimum non posse pecare. Idem in encheridion. Sic oportebat prius hominem fieri ut bene velle posset/ et male. Postea vero sic erit ut male velle non possit. nec ideo carebit libero arbitrio.

¶ liberius erit arbitrium quando peccare non poterit.

Propterea quippe liberius erit arbitrium qđ omnino nō poterit seruire peccato. neq; aut voluntas non est / aut libera dicenda non est. qua beati esse volumus. ut eē miseri non solum nolimus. sed nequaq; prorsus velle possimus. Sicut ergo anima nostra nunc habet nolle infelicitate / ita nolle iniquitatem semper habitura est. Sed ordo seruandus fuit quo deus noluit ostendere qđ bonum sit animal rationale qđ etiam peccare possit. quamuis sit melius qđ peccare non possit. Ecce his verbis evidenter astruitur/ qđ post beatitudinis confirmationem erit in homine liberum arbitrium quo peccare non poterit / et nunc in angelis est et in sanctis qui cum domino sunt. et tanto utiq; liberius quanto a peccato immunius et ad bonum pm̄us. Quo enim quisq; ab illa seruitute de qua scriptum est. Qui facit peccatum seruus est peccati longius absistit. tanto in eligendo bonum liberius habet iudicium. Unde si diligenter inspiciatur / liberum videtur dici arbitrium. quia sine coactōne et necessitate valet appetere vel eligere qđ ex ratione decreuerit.

¶ De libertatis arbitrij differentia secundum diuersa tempora.

At predictis perspicuum fit qđ maior fuit libertas arbitrij prima qđ secunda. et tercua multo maior qđ secunda uel prima. Prima enim

libertas arbitrij fuit in qua poterat pecare / et non peccare. Ultima vero erit in qua poterit non peccare. et non pecare poterit. Quidam vero in qua potest peccare et non potest non peccare. ante reparacionem etiam mortaliter. post reparacionem vero saltez ve maliter

De quatuor statibus liberi arbitrij.

A possunt in homine notari quod tuor status liberi arbitrij. Ante peccatum enim ad bonum nihil iudicabat / ad malum nihil impellebat. Non habuit infirmitatem ad malum / et habuit adiutorium ad bonus. Tunc sine errore ratio iudicare et voluntas sine difficultate bonum appetere poterat. Post peccatum vero ante reparacionem gratie premitur a concupiscentia et vincitur. et habet infirmitatem in malo / sed non habet gratiam in bono. et ideo potest pecare / et non potest non peccare etiam dabiliter. Post reparacionem vero ante confirmationem premitur a concupiscentia / sed non vincitur. et habet quidem infirmitatem in malo. sed gratiam in bono / ut possit peccare propter libertatem / et infirmitatem / et possit non peccare ad mortem / propter libertatem et gratiam adiuuantem. nondum tamen habet posse omnino non peccare / vel non posse peccare propter infirmitatem nondum perfecte absorptam. et propter gratiam nondum plene consummatam. Post confirmationem vero in firmitate penitus consumpta et gratia confirmata. nec vincit potest nec premi. et tunc habebit non posse peccare.

De corruptione liberi arbitrij per peccatum.

Nonde manifestum est quod preter alias penalitates propter peccato illo incurrit homo penam in corruptione et depressione liberi arbitrij. pro illud namque peccatum naturalia bona in

ipso homine corrupta sunt. et gratuita detracta. **D**ic est enim ille qui a latromibus vulneratus est et spoliatus. Vulneratus quidem in naturalibus boiis quibus non est priuatus. alioquin posset fieri reparatio. Spoliatus vero gratuitis que per gratiam naturalibus addita fuerant. hec sunt data optima et dona perfecta. Quorum alia sunt corrupta per peccatum. id est naturalia. ut ingenium / memoria / intellectus. alia subtrahita id est gratuita. quoniam et naturalia ex gratia sunt. **A**d generalem dei quippe gratiam pertinent. sepe tamen huius modi fit distinctio cum gratie vocabulum ad speciem non ad genus refertur. Corrupta est ergo libertas arbitrij per peccatum et ex parte perdita. **Vnde** augustinus in encheridion. libero arbitrio male utens homo et se perdidit / et ipsum. Cuius enim libero arbitrio peccaretur vicepeccato amissum est et liberum arbitrium. **N**quo enim quis deuictus est. huic seruus addictus est. Ecce liberum arbitrium dicit hominem amississe. non quia post peccatum non habuerint liberum arbitrium. sed quia libertatem arbitrii perdidit / non quidem omnem / sed libertatem a miseria et a peccato.

De tribus modis libertatis arbitrij.

A ist namque libertas triplex. scilicet a necessitate / a peccato / a miseria. **N**ecessitate et ante peccatum et post eum liberum est arbitrium. Sicut enim tunc cogi non poterat / ita nec modo. Ideoque voluntas merito apud deum iudicatur / que semper a necessitate libera est / et nunquam cogi potest. ubi necessitas ibi non est libertas. ubi non est libertas nec voluntas / et ideo nec meritum. hec libertas in omnibus est tam in malis quam in bonis. Est et alia libertas a peccato. scilicet de qua dicit apostolus. **V**bi spiritus domini ibi libertas. Et veritas in euangelio. Si filii vos liberauerint / vere

liberi eritis. hec libertas a servitute peccati liberat/et seruos iusticie facit. sicut eouero seruit pecti liberos iusticie facit. **Vñ apostolus.** Liberati a peccato servi facti estis iusticie. **Et item.** Cum servi estis peccati liberi fuistis iusticie. **Hanc** libertatem peccando homo amisit. **Johannes** **augustinus** dicit q̄ homo male p̄tēs libero arbitrio et se perdidit et ipm. q̄a perdita est per peccatum libertas. non a necessitate sed a peccato. **Qui** em̄ facit peccatum seruus est peccati.

Qui habent hanc libertatem. s. a peccato et per quid d̄ libertate a necessitate.

Hec hanc libertate; que est a peccato illi soli nunc habent quo s filius p̄ gratiam liberat & reparat non ita q̄ penitus sint sine peccato in hac mortali carne. sed ut in eis peccatum nō dominetur neq; regnet. **Et** hec est vera et bona libertas que bonam parit seruitutem. s. iusticie. **Vnde augustinus in encheridion** ait. **Nd** iusticiam faciendam non erit aliquis liber/ nisi a peccato liberatus esse iusticie ceperit seruus. et ipsa ē vere libertas ppter recti facti leticiā. simul et pia seruit. ppter precepti obedientiam. **E**t alia libertas non vera male seruituti adiuncta que est ad malum faciendum vbi ratio dissentit/a voluntate iudicans non esse faciendum quod voluntas appetit. **Nd** bonum vero faciendum concordat ratō voluntati. et iō ibi vera libertas est et pia. **D**e libertate autem ad malū et seruitute mala ait augustinus in encheridio. **Serui** addicti que potest eē libertas nisi quando eum peccare delectat. **L**iberaliter enim seruit qui sui domini voluntatem libenter facit. ac per hoc ad peccandum liber ē. qui peccati seruus est.

Questio de libertate ad malū an sit ipa libertas liberi arbitrij an alia.

Ec queri potest vtrum hec libertas qua quis liber ē ad malum sit libertas arbitrij. **S**i em̄ libertas arbitrij est/bonum quidem est quia libertas arbitrij bonum naturale est. **R**uibusdam videtur q̄ sit ipa libertas arbitrij/ que semper bona est. sed ppter peccati seruitutem ad malum sit liberior et promior. et ideo dicitur non es se vera libertas. quia ad malum est. **N**isi autem videtur q̄ hec libertas ad malum quā supra commemoravit augustinus non sit ipa libertas arbitrij. sed sit quedam promitas peccandi et curvitas que ex peccato est et mala est.

Questio alia de libertate ad bonū an ipsa sit libertas arbitrij an non.

Similiter etiam queri sol. vtrū illa libertas vera que est ad iusticiam faciendam sit ipa libertas arbitrij. **R**undam dicunt illam eandem esse/sed reparatam per gratiam q̄ inuante libera est ad bonum. sine gratia vero non est libera ad bonum. **Vnde augustinus in encheridion.** Ista libertas ad bene faciendum vnde erit homini addicto et vendito sub peccato nisi eum redimat qui dicit. **S**i filius vos liberauerit/vere liberi eritis. **N**uod antequam fieri in homine incipiat quomodo quisquam de libero arbitrio gloriatur qui nondum est liber ad opandum bene. **E**cce aperte ostendit liberum arbitrium per gratiam liberari/ut per illud bene operetur quis. **I**deoq; dicunt illā libertatem veram que est ad bene faciendum. **C**uius supra meminit augustinus esse libertatē ipsam arbitrij/ gratia dei liberatam et adiutam. **N**isi vero putant non esse ipam arbitrij libertatem/s; aliam quandam que ex gratia et libero arbitrio immīmente hominis deo operante incipit esse cum reparatus est.

Certa determinatio vtriusq; questiois

dimensio

qua dicitur libertas ad bonum et ad malum eē libertas arbitrii.

Verum nobis magis placet / ut ipsa libertas arbitrii sit et illa q̄ quis liber est ad malum / et illa qua quis liber est ad bonum faciendum. Ex causis enim varijs sortitur diuersa vocabula. Dicitur enim libertas ad malum faciendum antequam per gratiam sit reparata. sed cum per gratiam fuerit reparata dicitur libertas ad bonum faciendum. quia ante gratiam libera est voluntas ad malum. per gratiam vero libera sit ad bonum. Semper ergo voluntas hominis aliquo modo libera est / sed non semper bona est. Non enim est bona nisi a peccato liberata / est tamen a necessitate libera. Vnde augustinus in libro de gratia et libero arbitrio. Semper in nobis voluntas libera est. sed non semper bona ē. Aut enim libera est iusticie quando seruit peccato tunc est mala. aut a peccato libera est quando seruit iusticie / et tunc est bona.

De libertate a miseria

Ast iterum libertas a miseria de qua apostolus ait. Et ipsa creatura liberaliter a servitute corruptoris in libertatem glorie filiorum dei. Hanc libertatem habuit homo ante peccatum. quia omni carebat miseria et nulla tangebatur molestia. et plenus habebit in futura beatitudine ubi miser esse non poterit. Sed in hac vita que ē inter primum peccatum et ultimam confirmationem nemo a miseria liber est. q̄ pena peccati non caret

Repetit de corruptōne liberi arbitrij. vt addat alia.

Ax predictis appetit in quo per peccatum sit immunitū vel corruptū liberū arbitriū . quia an-

te peccatum nulla erat homini difficultas/ nullumq; impedimentū de lege mē brorum ad bonum. nulla impulsio vel instigatio ad malum. Nunc autem per legem carnis ad bonum impediretur et malum instigat. vt non possit velle & perficere bonum nisi per gratiam liberetur et adiuuetur. quia ait apostolus peccatum habitat in carne. Liberum ergo arbitrium cum semper et in singulis sit liberum . non est tamen pariter liberum in bonis et in malis / & ad bona et ad mala. Liberius enim est in bonis ubi liberatus ē q̄ in malis ubi liberatum non est. Et liberius est ad malum quod per se pōt q̄ ad bonum quod nisi gratia liberetur & adiuuetur non potest.

De libertate que sit ex gratia et que ex natura.

Libertas ḡ a peccato et a miseria per gratiam est . libertas vero a necessitate per naturam . utramq; libertatem nature . s. et gratie . notat apostolus cum ex persona hominis non redempti ait. Velle adiacet mihi / perficere autem non inuenio. Ac si diceret / habeo libertatem nature / sed non habeo libertatem gratie. Ideo non est apud me perfectio boni.

Quid non possit per se hominis voluntas / et quid per gratiam.

Nam voluntas hominis quā naturaliter habet . non valit erigi ad bonum efficaciter volendū vel opere implendum / nisi per gratiam liberetur et adiuuetur. Liberetur quidē ut velit . & adiuuetur ut perficiat. Quia ut ait apostolus. Non est volentis velle nec currentis currere . i. operari / sed misericordis dei qui operatur in nobis velle & operari bona cuius gratiam nō aduocat hominis voluntas vel operatio / sed ipsa gratia voluntatem p̄uenit . p̄parādo ut velit bonum . et preparatam adiuuat vt

perficiat

D^o 28 11

De gratia operante et cooperante.

Ec est gratia operans et cooperans. Operans enim gratia preparat hominis voluntatem ut velit bonum. Gratia cooperans adiuuat ne frustra velit. Vnde augustinus in libro de gratia et libero arbitrio. Coopando deus in nobis perficit quod operando incipit. quia ipse ut velimus operatur icipiens quod volentibus cooperatur perficiens. ut ergo velimus operatur. Cuz autem volumus sic volumus ut perficiamus nobis cooperatur. tamen sine illo. vel operante ut velimus. vel coopante cum volumus bona pietatis opera nichil valemus. Ecce his verbis satis aperitur que sit operans gratia. et que cooperans. Operans enim gratia est que preuenit voluntatem bonarum. ea enim liberatur et preparatur hominis voluntas ut sit bona/bonumque efficaciter velit.

Que sit gratia operans et que coopans

Ope:as vero gratia voluntatem iam bonam sequitur adiuuando. Vnde augustinus contra iulianum hereticum qui bonam voluntatem ex libero arbitrio tantum esse dicebat. atque hominem per liberum arbitrium posse bonum velle et operari. si ne gratia asserebat ait. Apertam de commendatione gratie apostolus sententias protulit cum ait. Non est volentis neque currentis sed dei miserentis. hec si attenderes iuliane non extenderes contra gratiam merita voluntatis humane. Non enim ideo miseretur deus alicunus quia voluit et currit. sed ideo voluit et currit. quia misertus est deus. Paratut enim voluntas hominis a deo et a domino gressus hominis diriguntur.

De perfectione iusticie

Deoque congrue ait. Non est volentis neque currentis. sed miserentis dei. Non quia hoc sine voluntate nostra agatur. sed quia voluntas nostra nisi boni agit. nisi diuinitus adiuvetur. Vnde alibi apostolus ait. Non autem ego sed gratia dei mecum. Non ideo dicit quia nichil boni agebat. sed quia nichil boni ageret si illa non adiuvaret. His testimonij aperte insinuat quia voluntas hominis gratia dei praeuenit atque preparatur ut fiat bona. non ut fiat voluntas. quia et ante gratiam voluntas erat. sed non erat bona. et recta voluntas.

Quid sit voluntas.

Uoluntatem ipsam augustinus in libro de duabus animabus ita diffinit. Voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid non admittendum vel adipiscendum. hec autem ut non admittat malum et adipiscatur bonus pruemittetur et preparatur dei gratia. Vnde apostolus gratiam praeuentem et subsequentem commendans. i. Operantem et cooperantem vigilanter dixit. Non est volentis neque currentis sed miserentis dei. et non econuerso non est miserentis dei. sed volentis et currentis. Nam si ut quibusdam placuit quod dictum est ita accipiatur. Non est volentis neque currentis sed misericordia dei. Contra dicitur non sufficit etiam misericordia dei si non sit etiam voluntas hominis. Ne per hoc si recte dictum est illud. quia id voluntas hominis sola non impletur. cur non etiam a contrario recte dicitur non miserentis est dei. sed volentis et hominis. cum id misericordia dei sola non impletur. Homo enim credere vel sperare non potest nisi velit. nec praeuenire ad palmas nisi voluntate currat. Restat ergo ut id ita recte dictum intelligatur ut totum

Dicit deo qui hominis voluntatem bonā preuenit et preparat adiuuandam et adiuuat preparata m. nolente; preuenit ut velit. volentem subsequi ne frustra velit. Ecce his verbis et alijs premissis euidenter traditur. quia voluntas hominis preparatur et preuenitur gratia dei. ut velit bonum. et adiuuatur ne frustra velit.

¶ bona voluntas comitatur gratiam

Itaq; bona voluntas comitatur § tiam non gratia voluntatem. **Vnde** augustinus ad hominem pa pam scribens contra pelagianos i quid. **C**um fides impetrat iustificatiōne; sicut vñcuiq; deus partitus est mensuram fidei non gratiam dei aliquid meriti precedit humanam. sed ipa meretur augeri/ut aucta mereatur et perfici/volūtate comitante non ducente pedissequa non preua. **E**cce hic aperte habes q; gratia preuenit bone voluntatis meritū et ipa bona voluntas pedissequa est § tie non preua.

¶ Quae sit gratia voluntatem preueniens. s. fides cum dilectione.

Si diligenter intendas nichilominus tibi monstratur q; sit ipsa gratia voluntatem preueniens et preparans. s. fides cum dilectione. **J**o q; augustinus in eodem tractans quo modo iustificati sumus ex fide et tamen gratis. verūq; em dicit apostolus. **A**postolus q; dicit iustificati ex fide. alibi ait. **I**ustificati gratis per gratiam. **H**oc ei ideo dixit. ne fides ipa superba sit. ne dicat sibi si ex fide iustificati. quomodo gratias. **Q**uod enim fides meretur. cur non potius redditur q; donatur. non dicat homo fidelis. quia cu; dixerit habeo fidem ut merear iustificationem. respondetur ei quid habes quod non accepisti. fides enim qua iustificatus es/gratis tibi data est. **D**ic aperte ostenditur q; fides

est causa iustificationis. et ipa est gratia et beneficium quo hominis preuenitur voluntas et preparatur. **Vnde** augustinus in primo libro retractationum. **V**oluntas est qua et peccatur et recte vivi tur. **V**oluntas vero ipa misericordia gratia liberetur a seruitute qua peccati serua facta est. et ut via supet adiuuetur. recte pieq; vivi a mortalibus non potest. et hoc beneficium quo liberatur nisi ea; preueniret iam meritis daretur. et non esset gratia que utiq; gratis datur. Preuenitur ergo bona hominis voluntas illo gracie beneficio quo liberatur et preparatur. **E**t illud beneficium fides Christi recte intelligitur. sicut augustinus in encyclopiedia ostendit dicens. **I**pm arbitri um liberandum est post illam ruinam a seruitute peccati. **N**ec omnino per seip; sed per solam dei gratiam que in fide christi posita est liberatur. ut voluntas preparetur. **E**cce aperte dicit gratiam per quam liberatur arbitrium/et preparat voluntas sitam ee in fide Christi. **F**ides enim Christi ut in eodem ait impetrat quod lex imperat.

¶ voluntas bona que preuenitur gratia q; dam dei dona preuenit.

Ipsa tamen eadem voluntas que dam gratie dona preuenit. **Vnde** augustinus in encyclopediam. Precedit bona voluntas hominis multa dei dona/ sed non omnia. que autem non precedit/ ipa in eis est et ipsa iuuat. **N**az utrumq; legitur in sanctis eloquij. et misericordia eius preueniet me. et misericordia dei subsequetur me. **N**olentem quippe preuenit ut velit. volentem subsequitur ne frustra velit. **C**ur enim admonemur orare pro inimicis nostris nolentibus pie vivere nisi ut deus in eis operetur/ et uelle. **I**temq; cur ammonemur petere ut accipiamus. nisi ut ab illo fiat quod volumus/a quo factum est ut velim? **I**n de apostolus ait. non est uolentis neq;

currentis sed dei miserentis. Et his ap-
paret q̄ bona hominis voluntas quedā
dona dei preuenit. quia eam omittatur
gratia adiuuans et quibusdā p̄uenit
quia eam preuenit gratia operans. s. fi-
des cum caritate

Rgue predictis videantur aduersaria. s.
q̄ videtur dici fidem esse ex voluntate.

Lon est tamen ignorandum qđ
alibi augustinus significare vi-
detur q̄ ex voluntate sit fides
de illo verbo apostoli. Corde creditur
ad iusticiam ita super iohanne; tractās
Ideo non simpliciter apostolus ait cre-
ditur. s; corde creditur. quia cetera p̄t
homo nolens credere non nisi nolēs in-
trare ecclesiā. et accedere ad altare p̄t
nolens sed non credere. Item super ge-
nesim vbi laban et batuel dixerunt. Vo-
cemus pueram et queramus eius volun-
tatem/dicit expositor quia fides est vo-
luntatis non necessitatris. Ad quod re-
spōdentes dicimus/non hec ita accipiē
da fore ut ex voluntate hominis fides i-
telligatur p̄uenire. cum ipa sit xp̄e dei
donum ut ait apostolus. et ex ea bona
hominis merita incipient. Per hanc em̄
vt augustinus super ps. lxxij. Justificat
impius. i. fit de impiō pius. vt deinde
ipa fides incipiat per dilectionem ope-
razi. vnde omnia bona merita incipiūt.
sed potius hec ideo ita dicta sunt. quia
non est fides nisi i eo qui vult credere
cuius bonam voluntatem fides preueit
non tempore sed causa & natura. Vnde
augustinus supra congruenter dixit / q̄
bona voluntas i eis bona est que nō p̄
cedit/et ipa iuuat quia ea iuuat / quibz
preuenit dum eis cōsentit ad effectus
boni et in eis est. quia tempore ab eis n̄
preceditur.

Ruedam adhuc addit que grauiorem
faciunt questionem scilicet q̄ cogitatio
boni precedit fidem

Osterum hanc questionem ma-
gis acuunt. et vrgent verba au-
gustum quibus in libro de pre-
destinatōne sanctoru; vtitur pertractās
illud verbum apostoli. Non q̄ sufficien-
tes simus cogitare aliquid quasi ex no-
bis. Attendant inquit hoc. & verba ista
perpendent qui putat ex nobis eē fidei
ceptum/et ex deo eē fidei supplementū
Commentans enim istam gratiam que
non datur secundum aliqua merita. sed
efficit omnia bona merita inquit. nō q̄
sufficienes simus cogitare aliquid bo-
ni. s. ex nobis. **R**uis autem non videat
pri⁹ eē cogitare q̄ credere. Null⁹ quip
pe credit aliquid nisi prius cogitauerit
p̄ credendum. Si ergo cogitare bonus
non est ex nobis ut hic apostol⁹ tradit
nec credere quanquā et ipm credere/m
chil est aliud q̄ cum assensione mentis
cogitare. hic videtur insinuare q̄ cogi-
tatio bona precedat fidem. et ita bona
voluntas preuenit fidem / non preueni-
atur quod predictis aduersarii videtur.
Ad hoc autem dicimus q̄ aliquando co-
gitatio bona siue voluntas preuenit fi-
dem. si non est illa bona voluntas vel co-
gitatio qua recte vivitur. Illa enim sine
fide et caritate non est.

Determinatio.

Am vt ait augustinus ad ana-
stasium sine spū nō est voluntas
hominis libera/cum cupidita-
tibus vnicatur non est libera ad bonum
nisi liberata fuerit. Non autem liberat
nisi per sp̄m sanctum diffundatur cari-
tas in cordibus. Non est libera volun-
tas nisi eam liberet gratia per legem fi-
dei. i. non est libera sine fide operante p̄
dilectionem/et illa sufficienter bona est.
non est enim fructus bonus q̄ de carita-
tis radice non surgit. Si vero adsit fi-
des operans per dilectionem fit dele-
statio boni

Dilectio

De illa cogitacione boni que precedit fidem plene differitur.

Illa autem cogitatio sine uoluntas quod fidem et caritatem aliasque iustificaciones precedit non sufficit ad salutem. nec recte ea viuitur. **H**ac voluntate concupiscitur illa bona voluntas que est magnum bonum. ista vero non. **A**lia ergo illa est voluntas sive cogitatio. alia ista. Et sicut illa istam precedit. ita illam peruenit intellectus. **V**nde augustinus ista distinguens super illum locum psalmi. **C**oncupiuit a. m. desiderio. t. ait. **C**oncupiuit desiderare inquit non desiderauit. **V**idemus enim ratione nonnunquam quoniam utiles sunt iustificaciones dei. sed infirmitate prepediti aliquando non desideramus. Preuolat ergo intellectus sequitur tardus aut nullus affectus. **S**cimus bonum nec delectat agere et cupimus ut delectet. **S**ic iste olim desiderare concupiscebatur que bona esse cernebat cupiens eorum habere delectationem quoniam potuit videre rationem. **O**stendit itaque quibus quasi gradibus ad eas perueniat. prius enim est ut videantur quoniam sint utiles et honeste. deinde ut earum desiderium concupiscatur. Postremo ut sufficiente gratia delectet earum operatio quarum sola ratio delectabat. Attende hunc ordinem gratiarum quem hic distincte assignat augustinus qualiter. **s.** intellectus bonorum precedit concupiscentiam eorum et ipsa concupiscentia delectationem que fit per fidem et caritatem. qua habita vere bona est voluntas qua recte viuitur. **I**pse fidei comes est non preuia. qui verba augustinum premisa secundum hanc distinctionem considerat nullam ibi repugnantiam fore ait. uerit. non ignorans etiam ante gratias preuementem et operantem quae voluntas bona preparatur in homine procedere quedam bona ex dei gratia et libero arbitrio. quedam etiam ex solo libero arbitrio quibus tamen vitam non meret.

nec gratiam qua iustificatur. **I**llius enim gratie percipiende que voluntatem hominis sanat. ut sanata legem impleat nulla merita precedunt. **I**psa est enim qua iustificatus impius sit iustus qui prius erat impius. meritis autem impij non gratia sed pena debetur. nec ista esset gratia si non daretur gratuita. datur autem gratuita. quia nichil boni ante feceramus unde hoc mereremur. **N**on negamus tamen multa ante hanc gratiam et preter hanc gratiam ab homine fieri bona per liberum arbitrium ut tradit augustinus in responsiobus contra pelagianos ubi dicit homines per liberas arbitrii agros colere. domos edificare. et alia plura bona facere sine gratia coopante.

Vtrum una eademque sit gratia que dicitur operans et coopans.

Et considerandum est cu[m] predictum sit per gratiam operantem et preuentementem voluntatem hominis preparari ut bonum velit et per gratiam cooperantem et subsequentem adiuuari ne frustra velit utrum una et eadem sit gratia. id est unius munus gratis datum quod operetur et cooperetur. an diuersa alterum operans et alterum coopans.

Hic dicit quoniam una sit sed propter diuersos effectus diuersa sortitur nota.

Vibusdam non irrationabiliter videtur quoniam una et eadem sit gratia id est donum. eadem virtus quae operatur et cooperatur. sed propter diuersos eius effectus et dicitur operans et cooperans. **O**perans enim dicitur in quantum liberat et preparat voluntatem hominis ut bonum velit. Cooperans in quantum eandem adiuuat. ne frustra velit. scilicet ut opus faciat bonum. **I**psa enim gratia nota est ociosa. sed meretur augeri ut mereatur perfici.

ut sit bona.

V bona voluntas principaliter ē tē ḡtia est. sic et omne bonum meritum.

Ve ip̄a etiam donum dei est et hominis meritus. immo gratia quia ex gratia principaliter est et gratia est. **Vnde augustinus ad s̄xtū presbiterum.** Quid est meritum hominis ante gratiam. Cum omne bonum n̄r̄m meritum non in nobis facit nisi gratia. Ex gratia enim ut dictum est que preuenit et sanat arbitrium hominis. et ex ip̄o arbitrio procreatur in anima hominis affectus. siue bonus motus mentis. et hoc est primum bonum hominis meritus. sicut verbi gratia ex fidei virtute et hominis arbitrio generatur in mente motus quidam bonus et remunerabilis. sc̄ ip̄ credere. Ita ex caritate et libero arbitrio aliud quidam motus bonus puerit. sc̄ diligere bonus valde. sic de ceteris virtutibus intelligendum est. et isti boni motus vel affectus merita sunt et dona dei quibus meremur. et ip̄orum augmentonem et alia que consequenter hic et in futuro nobis apponuntur.

Ex qua ratione dicitur fides mereri iustificationem et alia.

Vm ergo dicitur fides mereri iustificationem et vitam eternā ex ea ratione dictum accipitur. q̄ per actum fidei meretur illa. Similiter de caritate et de iusticia et de alijs accipitur. Si enim fides ip̄a virtus preueniens diceretur ēē mentis actus qui ē meritum. ip̄a ex libero arbitrio origine habet. quod quia non est sic dicitur ēē meritum. quia actus est eius meritum. si tamen adsit ipsa caritas. sine qua nec credere. nec sperare meritum est vīte. **Vnde apparet vere quia caritas est sp̄us sanctus/que anime qualitates infomat et sanctificat/ut eis anima informa**

tur et sanctificetur. Sime qua anime quātas non dicitur virtus. quia non valet sanare animam.

De munib⁹ virtutum et de gratia q̄ non est sed facit meritum

Munib⁹ virtutū sumus et iuste vivimus. et ex gratia que non est meritum sed q̄ facit. non tam sine libero arbitrio p̄ueniunt merita nostra. s. boni affectus eorumq̄ progressus atq̄ bona opera q̄ deus remunerat in nobis. et hec ip̄a sunt dei dona. **Vnde augustinus ad s̄xtū presbiterum.** Cum coronat deus merita nostra. nihil aliud coronat q̄ munera sua. **Vnde vita eterna que in fine a deo meritis precedentibus redditur.** quia et ea dem merita quibus redditur non a nobis sunt. sed in nobis facta sunt per gratiam. recte et ip̄a merita gratia nunciantur. quia gratis dantur. Nec ictus gratia. quia non meritis dantur. sed quia data sunt per gratiam. et ipsa merita quibus dantur.

Epilogus ut alia addat.

At predictis iam innotescere nobis aliquatenus potest. qualiter gratia preueniens meretur augeri et alia. et quid ip̄a sit an virtus an aliud. et si virtus an sit actus vel nō. Ostendit enim est supra ex parte quorundam q̄ ip̄a est virtus. q̄ virtus non est actus sed eius causa. non tamen sine libero arbitrio. **Vnde q̄ supra augustinus dixit** bonum usum liberi arbitrij ēē virtutem ita accipi potest. i. actum virtutis. Alio quim sibi contradicere videretur qui eccl̄ opus virtutis supra dixit ēē bonum usum eorum quibus non bene uti possumus in quibus posuit liberum arbitrium. Si vero bonus usus liberi arbitrij opus virtutis est. iam virtus non est. **Cum ergo bonum usum eius virtutem esse dixit**

tradit̄ q̄ fides n̄ est ex libertate arbitrij
sive ex arbitrio voluntatis qd̄ superioribz
consonat/ubi dictum est gratiam preue
mentem uel operantem eē virtutem que
voluntatem hominis liberat et sanat .
ut augustinus in libro de spū et litera ait
Iustificati sumus non per liberam volū
tatem/ sed per gratiam cristi/ non q̄ si
ne uoluntate nostra fiat . sed uoluntas
nostra ostenditur infirma per legem ut
sanet gratia uoluntatem . et sana volū
tas impleat legem.

De gratia que liberat uoluntatem quis
si uirtus non est ex libero arbitrio . et
sic non est motus mentis.

Sergo gratia que sanat et libe
rat voluntatem mentis hominis
virtus est vel una uel plures cū
ip̄a gratia non sit ex arbitrio voluntatis
sed eam potius sanet ac preparat ut bo
na sit . consequitur ut virtus non sit ex li
bero arbitrio . et ita non sit motus vel
affectus mentis . **C**um omnis motus vel
affectus mentis sit ex libero arbitrio . si
bonus ex gratia est et libero arbitrio .
malus uero ex libero arbitrio tantum .
Vtc enī ait augustinus in libro retrā
statōnum . **H**omo sponte et libero arbi
trio cadere potuit non etiam resurgere .
Idem in libro de duabus animabus .
Anime si libero ad faciendum et nō fa
ciendum motu animi careant . si demq;
bis ad abstinentiam ab opere suo/pote
stas nulla conceditur/earum peccatum
tenere non possumus . **D**ic aperte ostē
ditur q̄ motus animi sive ad bonum si
ue ad malum ex libero arbitrio est . **T**o
q̄ si gratia vel virtus motus mentis est
ex libero arbitrio est . **S**i vero ex libero
arbitrio vel ex parte ē iā non solus de
us sine homine eam facit .

Dic aperit ad quid predicta tendēt ut
innotesceret an virtus sit motus men
tis vel non .

Dopterea quidam non merudi
te tradunt virtutem esse bonaz
mentis qualitatem/sive formaz
que animam informat . et ip̄a non ē mo
tus vel affectus animi . sed ea liberū ar
bitrium iuuatur . vt ad bonum moueat
et exigitur . et ita ex virtute et libero ar
bitrio nascitur bonus motus vel affe
ctus animi . et exinde bonum opus pro
cedit exterius / sicut pluia rigatur ter
ra ut germet et fructus faciat . nec plu
via est terra . nec germe . nec fructus .
nec terra germe vel fructus . nec germe
fructus . **I**ta gratis terre mentis nostre
id est arbitrio voluntatis ifunditur plu
via diuine benedictōis . id est inspirat
gratia/ quod solus deus facit/ non hō
cum eo .qua rigatur voluntas hominis .
vt germet et fructificet . id est sanatur
et preparatur vt bonum uelit scđum q̄
dicitur operans . et iuuatur ut bonū fa
ciat scđum q̄ dicitur coopans . et illa ḡ
tia virtus non incongrue nominatur . q̄
voluntatem hominis infirmam sanat et
adiuuatur .

Ex quo sensu dicuntur ex gratia incipe
bona mea . et de qua grā hoc intelli
gatur

Quoniam ergo ex gratia dicuntur eē
bona merita et incipere/aut in
telligitur gratia gratis dñs . i.
deus . vel potius gratia gratis data q̄
voluntatem hominis preuemit . **N**on em
est magnum si hec a deo dicerentur . eē
a quo sunt omnia . sed potius eius gra
tia gratis data intelligitur/ex qua inci
piunt bona merita . que cum ex sola gra
tia eē dicantur/non excluditur liberum
arbitrium .quia nullum meritū est in ho
mīne quod non sit per liberum arbitriū
Sed in bonis merendis cause principa
litas gratie attribuitur .quia principalis
causa bonorum meritorum est ip̄a gra
tia qua excitatur liberum arbitrium et
sanatur atq; iuuatur voluntas hominis

Vt sit bona.

¶ **Y** bona voluntas principaliter ē tē ḡtia est. sic et omne bonum meritum.

C **V**e ip̄a etiam donum dei est et hominis meritus. immo gratia quia ex gratia principaliter est et gratia est. **Vnde** **a**ugustus ad s̄xtū presbiterum. Quid est meritum homis ante gratiam. Cum omne bonum n̄m meritum non in nobis facit nisi gratia. Ex gratia enim ut dictum est que preuenit et sanat arbitrium hominis. et ex ip̄o arbitrio procreatur in anima hominis affectus. siue bonus motus mentis. et hoc est primum bonum hominis meritus. sicut verbi gratia ex fidei virtute et hominis arbitrio generatur in mente motus quidam bonus et remunerabilis. sc̄ ip̄a credere. Ita ex caritate et libero arbitrio aliud quidam motus bonus puerit. sc̄ diligere bonus valde. sic de ceteris virtutibus intelligendum est. et isti boni motus vel affectus merita sunt et dona dei quibus meremur. et ip̄orum augmentonem et alia que consequenter hic et in futuro nobis apponuntur.

E **x** **qua** ratōne dicitur fides mereri iustificatōnem et alia.

C **U**m ergo dicitur fides mereri iustificatōnem et vitam eternā ex ea rōne dictum accipitur. qz per actum fidei meretur illa. Similiter de caritate et de iusticia et de alijs accipitur. Si enim fides ip̄a virtus preueniens diceretur ēē mentis actus qui ē meritum. ip̄a ex libero arbitrio origine habet. quod quia non est sic dicitur ēē meritum. quia actus est eius meritum. si tamen adsit ipsa caritas. sine qua nec credere. nec sperare meritum est vi te. **Vnde** appetit vere quia caritas est sp̄us sanctus. que anime qualitates infomat et sanctificat. ut eis anima informe

tur et sanctificetur. Sime qua anime q̄litas non dicitur virtus. quia non valet sanare animam.

D **e** **muneribus** **v**irtutum **e**c **de** **gratia** q̄ no n̄ est sed facit meritum

C **x** **muneribus** itaq; virtutū boni sumus et iuste vivimus. et ex gratia que non est meritum sed q̄ facit. non tamen sine libero arbitrio p̄ueniunt merita nostra. s. boni affectus eorumq; progressus atq; bona opera q̄ deus remunerat in nobis. et hec ip̄a sūt dei dona. **Vnde** **a**ugustus ad s̄xtū presbiterum. Cum coronat deus merita nostra. nichil aliud coronat q̄ munera sua. **Vnde** vita eterna que in fine a deo meritis precedentibus redditur. quia et ea dem merita quibus redditur non a nobis sunt. sed in nobis facta sunt per gratiam. recte et ip̄a merita gratia nunciantur. quia gratis dantur. Nec iō gratias. quia nō meritis dantur. sed quia data sunt per gratiam. et ipsa merita quibus dantur.

E **p**ilogus vt alia addat.

C **o** **n** predictis iam innotescere nobis aliquatenus potest. qualiter gratia preueniens meretur augeri et alia. et quid ip̄a sit an virtus an aliud. et si virtus an sit actus vel n̄. Ostēsum enim est supra ex parte quorundam q̄ ip̄a est virtus. qz virtus non est actus sed eius causa. non tamen sine libero arbitrio. **Vnde** q̄ supra augustinus dixit bonum usum liberi arbitrij ēē virtutem ita accipi potest. i. actum virtutis. Alio quim sibi contradicere videretur qui ec opus virtutis supra dixit ēē bonum usum eorum quibus non bene uti possumus in quibus posuit liberum arbitrium. Si vero bonus usus liberi arbitrij op̄ virtutis est. iam virtus non est. Cum ergo bonum usum eius virtutem esse dixit

II

21

Nomine virtutis ipsius usum significant

Cuidem usus est virtutis et liberi arbitrij sed virtutis principaliter.

Videm nempe usus bonus ex virtute et ex libero arbitrio sed ex unitate principaliter. Et bonus ille usus in magnis bonis adnumerandus est. Illa autem gratia preueniens que et usus est non usus liberi arbitrij sed ex ea potius est bonus usus liberi arbitrii nobis est a deo non a nobis. Usus vero bonus arbitrij et ex deo est et ex nobis. Ideo bonus meritum est. Ibi enim solus deus operatur hic deus et homo hoc meritum ex illa purissima gratia prouemit. quod apostolus notauit dicens. Gratia dei sum id quod sum et gratia eius in me vacua non fuit. Super que locum augustinus ita ait. Hecce gratiam nominat. primus enim solam gratiam dat deus. et non nisi gratiam cum non precedunt nisi mala merita sed per gratiam incipiunt merita bona. et ut ostenderet et liberum arbitrium addit. et gratia eius in me vacua non fuit. Et ne ipa voluntas sine gratia dei putetur aliquid bonum posse. subdit. Non autem ego solus. sed sine gratia sed gratia dei mecum. et cum libero arbitrio. Plane cum data fuerit gratia incipiunt esse nostra merita bona. per illa tamen quae illa defuerit cadit homo.

Alliorum sententia hic ostenditur. qui dicuntur virtutes esse bonos usus liberi arbitrii actus mentis.

Alij vero dicunt virtutes esse bonos usus naturalium virtutum potentialiter non tamen omnes sed tantummodo interiores qui in mente sunt. Exteriores vero qui per corpus geruntur non virtutes esse dicuntur. sed opera virtutum.

CQualiter predicta verba augustinus hic sententie conueniunt.

Sed ideo quod augustinus dicit opus virtutis esse bonum usum naturalium potentiarum de usu exteriori accipiunt. Quod vero dicit bonum usum liberi arbitrij virtutem esse et in magnis numerari bonis de sensu interiori intelligunt. Et virtutes nichil aliud esse quam bonos affectus vel motus mentis asserunt quos deus in homine facit non homo. quia licet illi motus sint liberi arbitrij. non tamen esse queunt nisi deus ipsum liberet et adiuuet gratia sua opa te quam dei gratuitam voluntatem accipiunt. quia deus est qui et operatur in nobis velle et operari bonum.

Cuius virtutes sint motus mentis. Atque videtur auctor munus est dicit.

Cod autem virtutes sint motus mentis. testimonij sanctorum asseverant. Dicit enim augustinus super iohannem. Quid est fides? Credere quod non vides. credere autem motus mentis est. Idem in libro quarto de doctrina christiana. Caritatem autem voco motum animi. Si vero caritas et fides motus animi sunt. virtutes ergo motus animi sunt. Quibus et alijs respondentes permissa verba augustinus ita intelligenda fore inquit. Fides est credere quod non vides. id est fides est virtus qua creditur quod non videtur. Itē caritas est motus animi. id est gratia qua mouetur animus ad diligendum. Et quod hec et his similia ita accipienda sint ex his comicitur que alibi augustinus ait. Nam in primo libro questionum euangelij inquit. Est fides qua creditur ea que non videntur que propter dicuntur fides. Item in tredecimo libro de trinitate. Aliud sunt ea que creduntur. aliud est fides qua creduntur. Ex quibus verbis sic argumentando procedunt. Aliud est credere. aliud illud quo creditur. Predictum est autem fidem id esse quo

creditur. Sic ergo credere non est fides quia credere n̄ est id quo creditur. Nō dunt quoq; virtus opus dei tantum est quam ip̄e solus facit in nobis. Ip̄a ergo non est usus vel actus liberi arbitrij sed credere est actus liberi arbitrij / non est itaq; virtus.

IHarum sentētiarū iudicium lectori relinquitur.

Premissisq; alijs ratōmbus ac testimonijs imtuntur vtq;. Horum autem iudicium diligentis lectoris reliq' examini ad alia p̄perans.

Predicta repetit ut alia addat diffīlētam assignatōnem ponens de ḡtia et libero arbitrio contra pelagianos. **Q̄o 28 u**

Tu vero inconcuse et īcunctanter teneamus liberum arbitrium sine gratia p̄euemente et adiuuante n̄ sufficere ad iusticiam & salutem obtinēdam. nec meritis precedentibus gratia dei aduocari sicut pelagiana heres̄ didit. Nam ut ait augustinus ī primo libro retractatōnum. Non heretici pelagiani liberum sic asserunt voluntatis arbitrium / ut gratie dei non relinquant locum quā secundū merita nostra dari asserunt.

Rue sit heres̄ pelagianorum de gratia et libero arbitrio. **Indro 28 u**

Pelagianorum heres̄ omnū recentissima a pelagio monaco est exorta. H̄i dei gracie q̄ predestinati sumus. et qua meruimus ò potestate tenebrarum erui / sc̄ntum inimici sunt vt sine hac credant hominem posse facere omnia mādata. Demq; pelagius a fratribus increpatus q̄ nichil tribueret adiutorio gratie dei. ad eius mandata facienda non eam libero arbitrio p̄ponebat. sed infidelī calliditas

te supponebat. dicens ad hoc eam dari hominibus / ut que facere per liberum arbitrium iubentur facilius possint implere per gratiam. Dicendo vtq; facilius possint implere per gratiam. volunt credi etiam si difficultius tamē posse homines sine gratia facere iussa diuīa. Il lam vero gratiam dei sine qua nichil boni possum2 facere. non eē dicunt m̄si ī libero arbitrio quod nullis suis precedentibus meritis ab illō accepit nr̄a natura. ip̄o ad hoc tantum iuuante nos per suam legem atq; doctrinam / vt discam2 que facere et que sperare debeamus. Non autem adhuc per domū sp̄ ritus sancti. ut que didicerimus eē facienda faciamus. Nc per hoc diuinitus nobis dari scientiam confitetur qua ignorantia pellitur. caritatē autem negat diuinitus dari qua pie viuitur. vt. s. sit donum dei scientia que inflat. et non sit donum dei ip̄a caritas / que ut scientia non inflat edificat. Destruunt etiā orationes quas facit ecclesia sive pro infideilibus et doctrine dei resistentibus vt cōuertantur ad deum. sive pro fidelibus vt augeatur eis fides et perseverent ī eo. Nec quippe non ab ip̄o accipere / s̄ a seip̄is homines habere contendunt. gratiam dei qua liberamur ab impietate dicentes secundum merita non dari. Paruulos etiam sine ullo peccati originalis vinculo afferunt nasci.

Dic ponit ea quib⁹ suum confirmant errorem verbis aug. circa ipm videntes.

Dicit vero dicunt sine gratia hominem per liberum arbitriū omnia iussa implere huiusmodi modis omnibus mununt. Si inquiunt nō potest ea facere homo que iubentur / n̄ est ei imputandum ad mortem. Sicut tu ip̄e augustine ī libro de libero arbitrio asseris. Quis inquis peccat ī eo qd nullo modo caueri potest. Peccatum autem caueri ḡ p̄t. hoc testimoio aug.

II

Jw 2800

pelagius usus est disputas aduersus eum
imo aduersus gratiam sicut augustinus
in libro retractationum illud et alia hu-
iusmodi retractans commemorat. inquisi-
ens. In his atque huiusmodi vobis meis
quia gratia dei commemorata non est
de qua nunc non agebatur. putant pela-
gius suam nos tenuisse sententiam. sed
frustra hoc putant. Voluntas quippe est
qua peccatur et recte vivit quod his ver-
bis egimus sed ipsa misericordia gratia libe-
retur et ut via supereret. dimittitur recte
a mortalibus vivi non potest. Ecce apte
determinat. ex quo sensu illa dixerit mi-
micos gratie refellens

Aliud testimonium augustinum ponunt non
quo pelagius pro se vtebatur.

Similicer et immitebatur pelagi-
us verbis augustini contra gra-
tiam que in libro de duabus am-
mabus dicit. Peccati inquit reum te-
nere quemque quia non fecit. quod facere non
potuit. summe iniquitas et insanie est.
His auditis exilij pelagius dices. Cur
ergo parvuli et illi qui non habent gratiam
sine qua non possunt facere mandata di-
uina rei tenentur. hic autem qua occasio-
ne dixerit in libro retractationum pelagi
respondes apit. Id enim contra manicheos
dixit. quod in homine duas naturas esse
contendunt. unam bonam ex deo. alteram
malam. ex gente tenebrarum que nunquam
bona fuit nec bonum velle potest. quod si es-
set non videretur ei imputandum esse si non
bonum faceret.

Aliud quod videtur contradicere gratie
dei addit.

Alibi etiam augustinus dicit. que
hunc gratie contradicere videtur.
qua iustificamur. Nit in li-
bro contra adamantium manichei dis-
pulum. nisi quisque voluntatem suam mu-
tauerit. bonum opari non potest. quod in

nostra potestate esse possum. dominus
docet. ubi ait. Nut facite arborē bonā rē.
Quod augustinus in retractationibus non
esse contra gloriam dei. quā predicamus
ostendit. In potestate quippe hominis
est mutare in melius voluntatem. sed ea
potestas nulla ē nisi a deo detur de quo
dictum est. Dedit eis potestatem filios
dei fieri. Cum enim hoc sit in potestate
quod cum volumus facimus. nihil tam in
potestate quod ipsa voluntas est sed pre-
paratur a domino voluntas. eo ergo mo-
dat potestatem.

Aliud testimonium eiusdem quod videtur
aduersum.

Itc etiam intelligendum est quod
in eodem ait. scilicet in nostra po-
testate esse ut vel inseri bonitas
dei. vel excidi eius severitate mere a-
mur. Quia in potestate nostra non est
nisi quod nostram sequitur voluntatem.
que cum preparat a domino. facile fit
opus pietatis etiam quod impossibile
et difficile fuit.

Aliud testimonium

En expositione quoque quorundam
propositionum epistole ad ro-
manos quedam augustinus interserit
que videtur huic doctrine gratie adver-
sari. Nit enim. Quod credimus nostrum
est. Quod autem bonum operamur illius
est qui creditibus dat spiritum factum
et paulo post. Nostrum est credere
et velle. Illius autem dare creden-
tibus et voluntibus facultate bene opera-
di per spiritum sanctum. Que qualiter i-
telligi debeant augustinus in libro retracta-
tionum. apit dicens. Verum est quidem
a deo esse quod operamur bonum sed eadem
regula utriusque est et volendi scilicet et fa-
cienti. et utrumque ipsius est. quia ipse pre-
parat voluntatem et utrumque nostrum
quia non sit nisi voluntibus nobis. Illa-

S. n. dixissem ip. e. 2. p. 2. 7. itaq; profecto non dixissem. si iam sciret etiam ipam fidem iter spūssanti mune- ra reperin.

Nobuc addit aliud qd videt contrariū

Tllud etiam diligenter ē inspiciendum quod aug⁹. i libro sententia rum prosperi ait. s. quia posse h̄re fidem/sicut posse habere caritatem naturā ē hominum. habere autem fidem sicut habere caritatem gratia ē fideliū Quod non ita dictum ē quasi ex libero arbitrio valeat haberi fides vel caritas sed quia aptitudinem naturalem habet mens hominis ad credendum vel diligendū que dei gratia preuenta credit et diligit / quod sine gratia non valet .

Testimoniū hieromīni astruit quid te- nendum de gratia & libero arbitrio ubi triplex heresis iudicat. s. iouimiam ma- nichei pelagij

Dergo de gratia et libero arbitrio indubitanter teneamus quod hie romīnus in explanatōne fidei catholice ad damasum papam iouimiam ac manichei ac pelagi errores collidēs docet. Liberum iquit sic confitemur arbitrium ut dicamus nos semper indigere dei auxilio. Et ta; illos errare qui cū manicheo dicunt hominem peccatum virtare non posse q̄ illos qui cum iouimia no asserunt hominem non posse peccare Ut ergo tollit arbitrij libertatem. Nos vero dicimus hominem semper et pec- care. et nō peccare posse. ut semper nos liberi confiteamur ēē arbitrij. hec est fi- des quam in catholica ecclesia didici- mus/et quā semp tenuimus.

Vtrum homo ante peccatum eguerit g- tia operante et coopante.

Post hoc considerandum vtrum homo ante peccatum eguerit

gratia operante et cooperante. Ad qd breuiter dicimus. qz nō cooperante tm sed etiam operante gratia idigebat. nō quid secundum omnem operādi modū operantis gratie. Operatur enim libe- rando et preparando voluntatem h̄cis ad bonū Egebat itaq; homo ea .n ut li- beraret voluntatem suam que peccati serua non fuerat / sed ut prepararet ad- volendum efficaciter bonum quod per se non poterat. Non emm poterat bo- num mereri sine gratia. ut augustinus in enc heridion evidenter tradit. Illam in- quid immortalitatem in qua poterat nō mori/natura humana perdidit per libe- rum arbitrium . Hanc vero in qua po- terit non mori acceptura est per gratiam q̄ fuerat si non peccasset / acceptura p- meritum. Quamvis sine gratia nec tūc vllum meritum esse potinset. quia et si ipsum peccatum in solo erat arbitrio constitutum . non tamen iusticie ha- bende vel retinende sufficiebat libe- rum arbitrium nisi diuum preberetur adiutorium . Ecce his verbis satis ostē- ditur q̄ ante peccatum homo idigebat gratia operante et cooperante. Nō em- habebat quo pedem mouere posset si- ne gratia operantis et cooperantis auxi- lii/habuit tñ quo poterat stare.

Qy homo āte lapsu; virtutes habuerit

Dreterea queri solet . vtrum hō- bante lapsum virtutes habuerit. Quibusdam videtur q̄ non ha- buerit id ita probare conantibus. Justi- ciam inquiunt non habuit . quia precep- tum dei contempsit. Nec prudentiam. quia sibi non prouidit. Neq; tempanti- am/quia aliena appetit. Nec fortitudi- nem. quia praeue suggestionem cessit. Qui- bus respondentes dicimus euz quidem non tunc habuisse has virtutes quādo peccauit. et ante & tunc amisisse. quod multis sanctorum testimonijs compro- batur. Q̄t emm augustinus in quadam

5. 29

omelia. **A**dam perdita cantate malus i uentus est. Item princeps vitiorum dum vicit adam de limo terre ad imaginem dei factum pudicicia armatum tempes rancia compositum/caritate splendidum pernos pareces illis domis ac tantis bo nis expoliauit/pariterque permisit. De hoc eodem ambrosius ad fabium ait. **A**n adam solus erat non est prevaricatus/quia eius mens deo adhærebat. Super psalmum quoque dicit quod homo ante peccatum beatissimus aurae carpebat etheream.sed quomodo sine virtute beatissimus erat. **N**uquam quoque super genesim dicit. **A**dam ante peccatum spirituali mente peditum fuisse. Non est ergo dubitandum hominem ante peccatum virtutibus fuluisse.sed illis per peccatum expoliatum fuisse.

De electone hominis de paradi so.

In illius quoque peccati penam eiectus est de paradi so in istum misericordiarum locum sicut in genesi legitur. Nunc ergo ne forte mittat manum suam et sumat de ligno vite et comedat et viviat in eternum. emisit eum deus de paradi so voluptatis. His verbis insinuari vietur quod nunquam moreretur / si postea d illo sumpisset ligno

Cuonmodo intelligendum sic illud . ne sumat de ligno vite et comedat et viviat in eternum .

Sed quia per peccatum iam mortuum corpus habebat. illa vero ex tali intellectu accipi possunt. Deus modo irati loquens de homine superbo ait. **V**ide ne forte mittat manus suam recte. **T**u es cauete vos angeli ne comedat de ligno vite quo indignus est. de quo si persistisset/comederet/viviet in eternum. Sed modo propter imbecilientiam indignus est comedere. Et si cut verbo dixit/ita ope exhibuit. Emi-

voluptatis

fit enim eum deus de paradi so. u. in locum sibi congruum sicut plerique malus cum inter bonos vivere cuperit. si in me lius mutari noluerit/de bonorum congregatōne pellitur. pondere praeconuenientibus pressus.

De flameo gladio et pena que transit in posteris

Nevero ad illud posset accedere collocauit deus ante paradi soum cherubi et flameum gladium atque versatilem ad custodiendam viā lignī vite. **Q**uod iuxta literam potest hoc modo accipi. **Q**uia per ministerium angelorum ignea custodia ibi constituta fuit. **H**oc enim per celestes potestates in paradi so visibili factum esse credendum est/ut per angelicum ministerium ibi esset quedam ignea custodia/n tamen frustra.sed quia aliquid significaret de paradi so spirituali. **C**herubim enim interpretatur plenitudo scientie. hec est caritas /quia plenitudo legis est dilectio. **G**ladius autem flameus pene temporales sunt/que versatiles sunt. quoniam tempora volubilia sunt. **I**lla ergo ad custodiā lignī vite id posita sunt ante paradi so. quia ad vitam non redditur nisi per cherubim. s. plenitudinem scientie id est caritatem. et per gladium versatilem. et toleratiā passionū temporalium

On hō an peccatum comedenter de ligno

Dicitur autem queri utrum de ligno vite ante peccatum comedenter homo. **D**e hoc augustinus in libro de baptismo parvulorum sic ait. **N**ecesse profecto intelliguntur primi homines ante malignum dyaboli persuasionem abstinuisse a cibo retito atque usi fuisse concessis. **H**is verbis ostendit quod de ligno vite ante peccatum sumpserint. quibus preceptum erat ut de omnī ligno paradi so comedenter nisi de ligno scientie homi

et mali.

**Quare n̄ sunt facti immortales si come
derunt de ligno vite.**

Quare ergo perpetua soliditate et beata immortalitate vestiti non sunt/ut nulla iſfirmitate vel etate in dexterius mutarentur. hanc em virtutem naturaliter illud lignuſ habuisse dicitur. sed forte non hoc conferebat nisi ſepe de illo ſumeretur. Potuit ergo fieri ut de illo ſumeret ſemel et noſ ſepiuſ q̄ per aliquam moram in paradiſo fuſſe intelligitur. cum ſcriptura dicat eum ibi ſoporatuſ fuſſe/quando coſta de latere eius aſſumpta eſt/ et inde formata mulier/ et animalia ante euſ ducta quibus nomina imposuit

Cy per adam peccatum et pena transiſſe in posteros. 3.

8 3°

Slo voꝝ vniuersitatem genit. hinc m̄. 17.
Slo voꝝ b̄z m̄. 17.

In ſuperioribus inſinuatum eſt licet ex parte. non em perfecte ſufficiimus qualiter primus homo deliquerit. et q̄ pro peccato penam ſubierit quibus adiiciendum eſt peccatum ſimul ac penam per eum transiſſe in posteros. **Sic apostolus** oſtendit inquiens. **Sicut p**vnū hominem peccatum in hunc mundū intrauit. ita in oēſ hoies mōrē p̄nſiſt

**Vix illud peccatuſ fuerit originale / an
actuale.**

Dic primo videndum eſt quod fuit illud peccatuſ originale. ſ. an actuale. et ſi de originali intelligatur conſequēt quid ſit originale peccatum. et quare dicatur originale et quomodo pertransierit uel pertranseat in omnes/ diligenter inuestigandū eſt. **Ruibusdā** placuit de peccato actuali ade illud accipere aſſerentibꝫ noſ hoc apostolum ſenſiſſe cum infeſius ait. **Sicut per inobedientiam vniuſ hominis**

peccatores constituti ſunt multi. ita reſ. Evidenter inquiunt. ec̄ ip̄o nomine exprimit apostolus peccatum quod per vnu hominem intravit in mundum. ſ. inobedientiam. Inobedientia vero peccatum actuale eſt.

Quomodo intraſſe in mundum dicunt

Doc autem dicunt intraſſe in mundum non traductōne originales ſed ſimilitudine preuaricatois. omnesq; in illo uno peccasse dicunt. q̄a omnibus ille vnu peccandi exemplum extitit. hoc male ſenſerunt quidam here tici qui dicti ſunt pelagiam. de quibus auguſtinus in libro de baptismo paru lorum commemorat dicens. Sciendum eſt inquit hereticos quoſdam qui noia ti ſunt pelagiam dixiſſe peccatum prime transgressionis in alios homines non p pagatōne ſed mutatione transiſſe. Unde etiam in paruulis nolūt credere per baptiſmum ſolū originale peccatum/ qđ in naſcentibus nullum eſſe omnino conten dunt. Sed eis dicitur. quia ſi apostolus peccatum mutantōis non pagatōis in telligi voluiſſet. eius principem no. adā ſed dyabolum diceret. **De quo in libro** ſapietie dicitur. Inuidia dyaboli moſ trauit in orbem terrarum. Et quia no vult intelligi hoc eſſe factum pagatōe ſed mutatione continuo ſubiunxit ſcri pture. Imitantur autem euſ qui ſunt ex parte ipſius. Imitantur quidem adam quoquot per inobedientiam transgre diuntur mandatum dei. Sed aliud eſt quod exemplum eſt voluntate peccati bus/ aliud quod origo eſt cum pecca to naſcentibus. Non eſt igitur accep dum peccatum ade transiſſe in omnes imitatōis tantum tresplo. ſed pagatōis et origini vitio.

**Hic aperit illud eē peccatum originale
quod transiſſe in posteros.**

Ecce illud peccatum originale ut aperte Augustinus testatur quod per adam transiuit in omnes per carnem viciatam concupiscentialiter generatos.

Quid sit originale peccatum hic inquirit

Quod diligenter inuestigandus est quid sit. de hoc enim sancti doctores subobscurè locuti sunt atque scolastici doctores varia senserunt

Quorundam de originali peccato opinio

Quidam enim putant originale peccatum esse reatum pene pro peccato primi hominis. id est debitum vel obnoxietatem qua obnoxii et addicti sumus pene temporali et eterne pro primo homini actuali peccato. quod pro illo ut aiunt omnibus debetur pena eterna nisi per gratiam liberentur. Justitia horum sententiam oportet dici originale peccatum nec culpam eam nec penam. Culpam non esse ipsi facentur. pena quoque secundum eos esse non potest. Quia si debitum pene originale peccatum est cum debitum pene non sit pena nec originale peccatum est pena. Quod etiam quidam eorum admittunt dicentes in scriptura originale peccatum semper nominari reatum. et reatum ibi intellegunt ut dictum est obnoxietatem pene. et ea ratione asserunt peccatum originale dici eam in parvulis. quia parvuli pro illo primo peccato rei sunt pene. sicut pro peccato iniusti parentis aliqui exulant filij secundum iusticiam fori.

Quod originale peccatum est culpa autoaccusatibus probat

Sed quod originale peccatum culpa sit pluribus sanctorum testimonijs edocetur. super exodus ubi dicitur. primogenitum asini mutari. et hec militantes in polo non sumptuoso prout pueri sed etiam filii non possent.

bis oue Gregorius ait. Omnes in peccatis nati sumus ex carnis delectatione concepti culpam originalem nobiscum traximus. Unde et voluntate nostra peccatis implicamur. Culpam ecce originalem dixit nos trahere. Unde constat originale peccatum culpam esse. Augustinus quoque in libro de natura et gratia hoc eodem sic ait. Omnes ut ait apostolus peccauerunt. utique vel in seipsis vel in adam quia sine peccato non sunt vel quod originaliter contrarerunt. vel quod malis moribus addiderunt. Peccatus enim primi hominis non solum ipsum sed omne nocuit genus humanum. quia ex eo damnationem simul et culpam suscepimus. Idem super psalmum quinque simum. Quod de corpore mortuo seminatur. cuius vinculo peccati originalis nascitur et mortis. Ideo igitur se iniurias conceptum dicit David. quia in oibus trahitur iniurias et adam et vinculum mortis. Nemo enim nascitur nisi trahens penam et meritum pene. Meritum autem pene peccatum est. Omnis ergo qui nascitur per carnis concupiscentiam peccatum trahit. Peccatum igitur originale culpa est quam omnes concupiscentialiter concepti trahunt. Unde in ecclesiasticis dogmatibus scriptum est. Firmissime tene et nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri et mulieris concipitur cum originali peccato nasci in impietati subditus morti subiectum. et ob hoc natura ire nasci filium a qua nullus liberatur nisi per fidem mediatoris dei et hominum. His et alijs autoritatibus evidenter ostenditur peccatum originale culpam esse et in omnibus concupiscentialiter gentis trahi a parentibus.

Quid sit quod dicitur peccatum originale. s. fomes peccati. i. concupiscentia

Nunc superest videre quid sit ipsum originale peccatum. quod

homines quod per animam suam in ipso sum puto in modis et adhuc in aliis et per animam
in omnes et quod leges domini sunt in conflitu
legamus quod per adam et in eius membra
legimus quod manus dicitur ad operari quaeque?

non cum sit actuale non est actus sive motus anime vel corporis. Si enim actus est anime vel corporis actuale utique peccatum est. Sed actuale non est. Non ergo actus vel motus. Quid ergo? Originale peccatum dicitur fomes peccati scilicet concupiscentia vel concupisibilitas que dicitur lex membrorum sive languor nature. sive tirannus qui est in membris nostris sive lex carnis. Vnde Augustinus in libro de baptismo parvulorum. Est in nobis concupiscentia que non est permittenda regnare. Hunc et eius desideria que sunt actuales concupiscentie quae sunt arma dyaboli que venumunt ex languore nature. Languor autem iste tirannus est qui mouet mala desideria. Si ergo vis esse victor tiranni atque in remem inimicorum inuenire non obedias concupiscentie male. His verbis ostenditur somit peccati esse concupiscentiam.

Quid nomine concupiscentie intelligi que dicuntur fomes peccati.

Omne autem concupiscentie non actum concupiscendi sed virtutem primum significavit cum ea; dixit leges carnis. Vnde idem in tractatu de verbis apostoli ait. Semper pugna est in corpore mortis huius. quia ipsa concupiscentia cum qua nati sumus finiri non potest quando vivimus quotidie mundi potest finiri non potest. Quae autem est concupiscentia cum qua nati sumus? Virtus utique est quod parvulum habilem concupiscere facit. adultum etiam concupiscere reddit. Sicut enim in oculo ceci in nocte virtus cecitatis est si non appetat. nec discernitur inter videntem et cecum nisi luce vidente. sic in pueri virtus esse non appetet donec etatis progressionis tempus occurrat.

Cuper adam originale peccatum in omnibus intravit. i.e. concupiscentiam.

Ex his datur intelligi quid sit originale peccatum. s. virtus concupiscentie quod in omnes concupiscentialiter natos per adam intravit eosque immanauit. Vnde Augustinus in libro de baptismo parvulorum. Nam preter imitationis exemplum / occulta etiam tabe carnalis concupiscentie sive tabificauit in se omnes de sua stirpe venturos. Vnde apostolus recte ait. In quo omnes peccauerunt.

In libro de baptismo parvulorum quomodo intelligatur in quo oes peccauerunt

Circumspecte et sine ambiguitate dixit hoc apostolus. Sive ei intelligatur in quo homo sive in quo peccato sanum est. In adam oes peccauerunt ut in materia/non solum eorum exemplo ut dicunt pelagiani. Omnes enim ille unus homo fuerant. i. in eo materia liter erat. Manifestum est itaque oes in adam peccasse quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus / quos genuit omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igit sicut cuncti sunt peccatores. ita et in illo uno peccato quod intravit in mundum recte omnes dicuntur peccasse. quia sic ab illo uno homine. sic ab eodem uno peccato immunes esse non possunt nisi ab eius reatu per Christi baptismum absoluuntur. Alia ergo sunt propria peccata in quibus tantum peccant quorum peccata sunt. Aliud hoc unum in quo omnes peccauerunt. i. ex quo omnes peccatores constituti sunt.

Quod sit peccatum in quo omnes peccauerunt. s. originale quod ex inobedientia processit.

Oc est originale peccatum quo peccatores nascuntur omnes concupiscentialiter geniti. quod ex adam sive ex eius inobedientia emanavit et in posteris dimicavit. Vnde apostolus

II

consequenter per inobedientiam vnius hominis multos dicit constitutos esse peccatores/quod est actuale peccatum Cum autem dixerit per unum hominem peccatum intrasse in mundum et in eo omnes peccasse/quod de originali dictum est oportere accipi.

Ex quo sensu dictum est per inobedientiam vnius multi sunt constituti peccatores

Vid ergo ait per inobedientiam vnius multi constituti sunt peccatores eo sensu dictum esse intelligendum est·quia ex inobedientia ade s. ex peccato actuali ade processit originale peccatum quo omnes peccatores nascuntur ut et in illo esset /et in omnes transiret

Repeccatum originale in adam fuit et in nobis est

Ande augusti iuliano heretico nullum peccatum in parvulis esse contendenti respondens asserit · Peccatum originale ex voluntate ade processisse· ac per eius inobedientiam in mundum intrasse. Querit enim iulianus per quid peccatum inuenit in parvulo ita inquietus. Non peccat iste qui nascitur· non quod genuit non peccat ille qui condidit. Per quas tibi rimas inter tot presidia innocentie peccatum fingis ingressum? Et respondet sancta pagina. per unum hominem peccatum intravit in mundum per unius inobedientiam ait aplaus. Quid querit amplius quid querit apertus. Item inquit iulianus · si per hominem peccatum intravit in mundum · peccatum vel ex voluntate vel ex natura est. Si ex voluntate est mala est voluntas que peccatum facit. Si autem ex natura est mala est natura. Cui respondeo ex voluntate peccatum est. Querit forte · utrum originale peccatum ex voluntate sic respondeo prorsus et originale peccatum ex voluntate esse. Quia hoc ex voluntate primi hominis

semimatum est ut in illo esset · et in omnes transiret .

Obiectio quorundam contra id quod supra dictum est omnes in adam fuisse homines

AD hoc autem quod diximus in adam fuisse omnes homines quidam verborum sectatores sic obiciunt dicentes · non omnis caro que ab adam traducta est · in eo simul existere potuit · quia multo maioris quantitatis est quam fuerit corpus ade. In quo nec tot etiam atomi fuerunt quod ab eo homines descendierunt. Quocirca verum non esse assertunt substantiam uniuscuiusque in primo fuisse parente.

Responsio ubi aperitur qualiter fuerit in adam secundum rationem seminalem et quomodo ex eo descendenterint · scilicet lege propagationis

Quibuscum respoderi potest · quod materialiter atque causaliter non formaliter dicitur fuisse in primo homine. Omne quod in humanis corporibus naturaliter est · descendit quod a primo parente lege propagationis et in se actu cum et multiplicatur est nulla exteriori substantia in id transeunte et ipsum in futuro resurget. Fomentum quidem habet a cibis sed non conuertunt cibi in humanam substantiam. Que scilicet per propagationem descendit ab adam. Transmisit enim adam modicum quod de substantia sua in corpora filiorum quando eos procreauit · id est aliquid modicum de materia substantie eius diuisum est et inde formaliter corpus filij. Huius multiplicatio sine rei extrinsece adiectione actum est. Et de illo ita augmentato aliquid inde separatur unde formantur posterorum corpora et ita progreditur procreatōis ordo · lege propagationis usque ad finem humani generis. Itaque diligenter ac per spiculē intelligentibus patet · omnes secundum

corpora in adam fuisse per seminale ra-
tonem. et ex eo descendisse propagatōis
lege.

Autoritate et ratione probatur nichil ex
trīsecus conuerci in humanā subā.

Non vero nichil extīsecum i
humam corporis naturam tran-
seat. veritas in euangelio signi-
ficit dicens. Omne quod intrat in os in
ventrem vadit et in secessu emittit. **R**ō
etiam rōne ostendit potest hoc modo.
Puer qui statim post ortum morit in il
la statura resurget quam habitur erat
si viueret usq; ad etatem. xxx. annorum
nullo vicio impeditus. Vnde ergo illa
substantia que adeo parua fuit mortua
in resurrectōne tam magna erit nisi sui
in se multiplicatōne. **V**nde apparet q
etiam si viueret non aliunde/sed in se au
gmentaretur illa substantia. **S**icut co
sta de qua facta est mulier/sic et patres
euangelici. Non inficiamur tamē quām ci
bi et humores in carnem et sanguinem
transseant. Sed non in veritate humane
nature que a primis descendit parenti
bus. Que sola in resurrectōne erit. reli
qua vero caro in quā cibi transseunt tan
q; superflua in resurrectōne deponetur
que tamen ciborum aliarumq; rerum
fomentis coalescit.

Nuōmodo peccatum originale a prib
transeat ad filios. an secundum animam
an secundum carnem. *sw 31ma*

Non superest inuestigare quali
ter illud peccatum a patribus
transducatur in filios. s. an secū
dum solam animam. an secundum car
nem sive secundum vtrūq;. Putauerūt
quidam secundum animam trahi pecca
tum originales. non solum secundum car
nem. quia non solum carnem/sed et am
mā ex traduce eē arbitrati sunt. **S**icut
enī in generatōne prolis de carne pat
na substantialiter trahitur caro. ita eti
am dīgignētis aia/amā; geiti essentia

liter deduci ab his estimatur. Ideoq;
sicut de corrupta carne caro corrupta
semimatur. ita etiam de anima peccatri
ce anima peccatrix. corruptōne origina
li infecta ab illis trahi dicitur.

Predictam opinionem damnat. et q p
carnem traducatur peccatum dicit /et
quomō ostendit.

Eoc autem fides catholica re
spuit. et tanq; veritati aduersus
damnat/que non animas s; car
nem solam sicut superi diximus ex tra
duce eē admittit. Non ergo secundum
animam sed secundum carnē solam pec
catum originale trahitur a parentibus.
Est enim peccatus ut supra diximus cō
cupiscentia non quidem actus sed virtū
Ipa concupiscentia est lex membrorum
vel carnis que est morbidus quidam af
fectus vel languor qui commouet illici
tum desiderium. i. carnalem concupis
centiam/que lex peccati dicitur/ que dicit
manere in carne. non quām in anima sit.
sed q p corruptōne carnis in anima sit.

Causam corruptōnis carnis ostendit.
ex qua in anima peccatum fit.

Nero enim ppter peccatum cor
rupta fuit in adam adeo vt cu
ante peccatum vir et mulier su
ne incētiuo libidinis et concupiscentie
feruore possent conuenire. essetq; thor
immaculatus. iam post peccatum nō ua
leat fieri carnalis copula absq; libidio
sa concupiscentia que semper vitium est
et etiam culpa/nisi excusat per bona
coniugij. In concupiscentia ergo et libi
dine concipitur caro fo rmando i corp
prolis. Vnde caro ipa que concipitur i
vitiosa concupiscentia polluitur et cor
rumpitur/ex cuius cont actu anima cum
infunditur maculam trahit qua polluit
et fit rea. i. vitium concupiscentie que ē
originales peccatum

Gupter corruptōnem carnis que ē cā peccati dicitur peccatum esse in carne.

De oq; ipm peccatum dicitur mānere in carne. Caro ergo que in cōcupiscentia libidinis seminatur. nec culpam habet nec actum culpe sed causam. In eo ergo q; seminatur corruptō est. In eo autem q; nascitur concupiscētia vitiū est. Vnde ambrosius de verbis ap̄stoli sic ait. Quomodo habitat peccatum in carne cum non sit substantia sed priuatio boni. Ecce primi homiū corpus corruptum est per peccatū ipaq; corruptio per conditōnē offendit manet in corpore robur tenens diuinę sententie date in adam/cunis consoratio anima maculatur peccato. Per id ergo q; facti causa manet in habitare dicitur peccatum in carne / hoc est lex carnis. Idē non habitat peccatū in anima sed in carne. quia peccati causa ex carne est/non ex anima. quia caro est ex origine carnis peccati. et per traducem caro fit causa peccati. anima vero non traducitur. et ideo in se cām peccati nō habet. Rug. quoq; ex carne peccatum animam contrahere. in sermone quodam d̄ verbis apostoli ostendit dicens. Viciū concupiscentie est quod anima ex carne contraxit. Natura quippe humana n̄ opere dei/cum vicio primitus est iniusta / sed ex voluntatis arbitrio priorū hominū vimenti vicio est sauciata. ita ut non sit in carne bonum/sed viciū quo inficitur anima.

De causa originalis peccati que ē in carne vtrū sit culpa an pena.

Ic queri solet vtrum causa peccati originalis que dicta est in carne eē culpa sit vel pena sive aliquid aliud. culpa eē non potest. quia culpa non est in re irrationali. Si enim culpa esset in carne ante infusionem anime actualis esset vel originalis. **S;** actualis

ibi non ē. nec originalis culpa est. quia ipa causa est originalis peccati. **S**i autē pena est/que ē illa passibilitas vel mortalitas vel alia corruptio. **H**os enim defectus carni messe constat.

Hic aperitur quid sit. s. feditas tracta ex libidine coeuntium que viciū vel corruptio dici potest.

Ad quod dici potest quia multi plex defect2 carnis et precipue pollutio quedam quam ex feruore coitus parentum et concupiscentia libidinosa contrahit caro dum concipiatur causa est originalis peccati que recte viciū sive corruptio carnis appellari potest. Que feditas maior videtur esse in carne concupiscentialiter inducta q; i ea vñ educit. et q; viciū vel corruptio sit in carne ante coniunctōnem anime effectu p̄batur cum anima infunditur que ex corruptōne carnis maculatur. **S**icut in vase dimiscitur viciū eē cum vīnum infusum acescit.

Inductu similiū ostendit non absurde filios trahere peccatum a parentib2 eoz mundis.

Nautem miremur et intellectu turbemur audientes peccatum originale filios traducere a parentibus iam per baptismum ab illo peccato mundatis diuersarum similitudinum inductōne id posse fieri insinuat augsinus in libro de baptismo parvulorum ita inquiens. Quomodo preputiū per circumcisionem aufertur manet tñ in ec quem genuerunt circumcisī. Quomodo etiam palea que opere humano tanta diligentia separatur. manet tamē de fructu qui de purgato nascitur tritico. ita peccatum quod in parentibus per baptismum mundatur manet i eis quos genuerunt. Ex hoc enim gignunt quod adhuc vetustum traiectiunt. non ex hoc q; lex inuitate promovit eos in filios

dei. Non enim generant parentes filios secundum illam generationem qua de uno nati sunt. sed potius secundum eam qua carnalit et ipi primū sunt generati.

Quare dicatur originale hic dicitur cum epilogo.

Tam ostensum est quid sit originale peccatum. et qualiter a parentibus in filios. et per carnem in animam transeat. Ex quibus etiam innotescit quare dicatur originale peccatum ideo. s. quia ex virtuosa lege originis nrē in qua concipimur. s. carnis libidinosa concupiscentia traducitur ut supra dictū ē. Non enim quia ex carne tracta ab adam concepti sumus. ideo peccatum traximus. quia et ipi corpus ex eadem carne formatum est que ab adam descendit. sed eius conceptus est celebratus. non ex lege peccati. i. concupiscentia carnis vnde et caro eius peccatrix non fuit. imo operacione spūssanti. Nō vero conceptus non fit sine libidine. et ideo non est sine peccato. Quod euidenter augustinus ostendit in libro de fide ad petrum sic dices. Quia dum sibi inuicem vir mulierq; miscentur. sine libidine non est parentum concubitus. ob hoc filiorum ex eorū carne nascientium nō potest sine peccato esse conceptus. vbi peccatum in paruulos non transmittit propagatio. sed libido. nec fecunditas nature humana facit homines cum peccato nasci. sed feditas libido inquit homines habent ex illius iniustissima condemnatione peccati. Ideo beatus dauid propter originale peccatum quo naturaliter obstricti filii sunt in re. dicit. iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea. Ex hoc ita q; appareat ex lege conceptōmis traduci originale peccatum. quia nisi conceptō sic fieret in carne/ anima ex carni s. coniunctōne concupiscentia viciū nō traheret.

¶ Obiectio quozundum intentum probare peccatum nō truduci ex lege coitus.

Sed ad hoc opponitur hoc mō. In ipso conceptu vbi dicit trās metti peccatum propagatur caro nec tamen infunditur anima secundum phisicos. sed iza effigiato corpore. Qd etiam moyses in exōdo aperte significat vbi augustinus de percussura mulieris pregnatīs. Si quis iquid percusserit mulierem pregnantem et abortum fecerit. si adhuc informe fuerit puerperius multabitur pecunia. Si autem formatum fuerit reddat animam pro anima. formatum vero intelligitur ppa anima aiatum et informe/ quod nondū habet animam. In ipso ergo conceptu cuius caro propagatur/ nondū infunditur anima. Quomodo ergo ibi peccatum transmittitur cum peccatum nō possit esse vbi aiā nē.

¶ Responsio cum solutione.

Ad quod dici potest. quia in illo conceptu dicitur peccatum transmitti. non quia peccatum originale ibi sit. sed quia caro ibi trahit id ex quo peccatum sit in anima cum infunditur. Et vtrumq; vocatur conceptus. s. et cum caro propagatur/ formatum corporis humani recipit. et cum anima infunditur quod aliquando etiam dicitur nativitas. Unde quod natum est in te. Proprie autem nativitas dicitur in lum editio.

¶ Quomodo originale peccatum dimittatur in baptismo cuius et post sit illa concupiscentia que dicitur originale peccatum.

Nonam supra dictum est originale peccatum ēē vitium concupiscentie. assignatumq; quomodo a parentibus trahatur et originale dicitur superest inuestigare quomodo in baptismo dimittatur. cum etiam post baptismū remaneat concupiscentia que aī fuerat

Vnde videtur vel peccatum originale nō esse concupiscentiam vel remitti in baptismo. **M**anet quippe ut ait augustinus in corpore mortis humis/ carnis cōcupiscentia cuius vitiosis desiderijs nō obediē precipimur. **H**ue tamen concupiscentia quotidie minuitur in proficienibus et continentibus. **S**ed licet remaneat concupiscentia post baptismum/ nō tamen dominatur et regnat sicut ante in modo per gratiam baptismi mitigatur. **T**minuitur ut post dominari non veleat. nisi quis reddat vires hosti eundo post concupiscentias. nec post baptismum remanet ad reatum. quia non imputatur in peccatum. sed tamen pena peccati ē. **A**nte baptismum vero pēa ē et culpa.

Ch, originale peccatum duobus modis dimititur. scilicet extenuatione sui et solutōne reatus.

Oplici ergo rōe peccatum originale dicitur dimitti in baptismo. quia per gratiam baptismi vitium concupiscentie debilitatur atq; extenuatur. ita ut iam non regnet nisi consensu reddantur et vires et quia reatus ipius soluntur. **V**nde augustinus in libro de baptismo parvolorum. **G**ratia per baptismum id agitur ut vetus homo crucifigatur/ et corpus peccati destruatur. nō ita ut in ipa viuente carne concupiscentia respersa et innata repente absument. et non sit/ sed ne obsit mortuo que inerat nato. **N**am si post baptismum vires sit in carne babet concupiscentiam cum qua pugnet. eamq; adiuuāte deo supedita tamen non inuacuum gratiam eius suscepit. **N**on itaq; hoc prestatur in baptismo/ nisi forte miraculo ieffabili creatoris. ut lex peccati que est in membris prouersus exinguatur et nō sit. sed ut qd̄ quid mali ab homine factum dictuſ cogitatum est/totum aboleatur. ac velut factū non fuerit habeatur. **I**pa vero concupiscentia soluto reatus vinculo. quo p

illam dyabolus animam retinebat/ et a suo creatore separabat. maneat i certa mine. **E**cce hic aperte ostendit ea rōne dimitti in baptismo. non quia non maneat post baptismum/ sed quia reatus in baptismo aboletur. **D**einde id ipē ostendit eo modo etiam dimitti. quia baptis mi gratia concupiscentia ipa mitigatur et minuitur in eodem libro ita dicens. **L**ex carnis quam apostolus appellat peccatum cum ait. Non regnet peccatum in vestro morbo corpore. non sic manet in membris eorum qui ex aqua et spū renati sunt tanquam non sit eius facta remissio ubi omnino plena sit remissio peccatorum. sed manet in vetustate carnis tanquam supatum et peremptum nisi illico consensu quodammodo reuiuscatur. et in regnum proprium dominationemque reuocetur. **D**ic aperte insinuat in baptismo concupiscentiam debilitari. ex quo et dicitur dimitti. non solum ideo quia reatus ibi soluitur quem remissionis modum alius etiam pluribus testimonijs scriptura edocet. **N**ec enim augustinus contra iulianum. **L**ex que in membris est vitiū carnis est quod ex pena peccati ex traduce mortis prouemit. **S**ed lex ista que est in membris remissa est regeneratione spiritu et manet in carne mortali. Remissa ē quia reatus solitus est sacramēto quo renascuntur fideles. **M**anet autem quia operatur desideria contra quā dimicat fideles. **I**dem in sermone quodam de concupiscentia carnis. Per gratiam baptizat et lauacrum regenerationis solutus est et ipē concupiscentie reatus cū quo eras natus. et quidquid antea consensisti male concupiscentie/sive cogitatōne sive locutōne/sive actōne. **I**dem in li. dīnuptijs et concupiscentia. **C**oncupiscentia carnis licet in regenerationis iam nō deputetur in peccatum. quecumq; tamen ples nascitur obligata est originali peccato. **I**tem dimititur concupiscentia carnis in baptismo. non ut nō sit. sed ut non imputetur in peccatum. hoc est em

non habere peccatum. nō esse reū pecca-
ti. **H**uomodo ergo alia mala pretereūt
actu & remanent reatu / vt homicidium
et similia. Ita econuerso fieri potest vt
concupiscentia pretereat reatu & manes
at actu. **E**x p̄dictis evidenter monstrat
quō p̄ctū originate i bāp̄o remittatur.

De feditate quam caro ex libidīne coi-
tus trahit vtrum in bāp̄o diluatur.

Sicut autem hic queri vtrum et
ip̄a caro in baptismo ab illa fe-
ditate purgetur quaz i concep-
tione ex concupiscentia libidīnosa cont-
nit. **H**uibzdam videtur / q̄ sicut anima
a reatu purificat. ita et caro ab illa pol-
lutione purgatur. vt sicut duobus com-
pletur misteriuꝝ baptīsmi. s. aqua et spi-
ritu. ita ibi duo purgētur anima . s. a re-
atu. et caro ab illa contagione. quod q̄
dem probabile est. **N**il vero putant tā
tum animam ibi mundari. carnem vero
non ab illa feditate purgari. **S**i vero
remanet illa feditas vsq; ad procreatō-
nem filiorum que fit in concupiscentia
carmis. videtur natura carnis magis ac
magis corrumpti. et magis corrupta vi-
detur caro prolis q̄ parentis . quia de
carne pollutionem quam habuit a cō-
ceptu retinenti trahitur polluta et in o-
cupiscentia concipitur . vnde et pollui-
tur. et ita ex duplixi causa contaminat̄.
Vnde maior videtur pollutio carnis in
prole q̄ fuerit in parente . **N**on quod illi
dicūt. qz lic̄ caro pl̄is ex carne feda se-
minetur et in concupiscentia concipiatur
non tamen feditatem maiorem trahit.
q̄ caro vnde seminatur habuerit. **A**uā
uis etiam si fedior atq; immundior sit
caro prolis. et ideo magis corrupta q̄
caro parentis. **N**on inde ut ajunt fit p̄-
iudicium veritatis . quia nec absurdum
eē dicunt. si carnis natura magis in po-
sterioribus corrupta trahatur . neq; ex
ip̄a magis corrupta anima magis ificit

Er quo auctore fit illa concupiscentia.
deo scilicet vel alio.

Dicitur eterea queri solet vtrum con-
cupiscentia que post baptismū
remanet . et tamen penalitas ē
ante baptismū vero pena erat et cul-
pa et deo auctore fit vel ex alio. **N**on qđ
breuiter respondentes dicimus . quia in
quantum pena est deum habet auctore.
In quantum vero culpa est dyabolū
sive hominem habet auctorem

Rua iusticia anime mundi ex creatō
ne illud peccatum imputetur / cum non
possit vitari .

Sicut etiam queri qua iusticia
teneatur illo peccato anima in-
nocens a deo creata / cum non
sit i potestate sua illud uitare. **N**on em̄
per liberum arbitrium illud committit
quia non prius est anima q̄ illi peccato
est obnoxia .

Responsio quorundam falsa.

Haboc qundam dicūt iō animā
ream eē illius peccati licet mun-
da a deo sit creata. quia cum in
funditur corpori condelectatur carni ex
qua peccatum contrahit. **Q**uod si esset
iam non originales sed actuale diceretur
Potius ergo ideo recte potest dici illi
imputari anima illud peccatum / quod
ex corruptōne corporis inerat
bit. qna ut ait augustinus in libro de ci-
uitate dei. **N**on fuit corruptio corporis
que aggrauat animaz causa peccati pri-
mi sed pena. nec caro corruptibilis ani-
mam peccatricez fecit. sed peccatrix aia
carnem corruptibilem fecit.

Vtrum illud peccatum sit voluntariuꝝ.
vel necessarium.

Illud etiam non immerito queri pot̄.
vtrum peccatum originales debeat.

II

dici voluntarium vel necessarium. **E**t ne cessarium potest dici. quia vitari nō pōt. **V**nde et p̄pheta dicit. **D**e necessitatib⁹ meis erue me. **E**t voluntarium non ī ī grue appellatur. quia ex voluntate pri⁹ mi hominis processit. ut augustinus ī primo libro retractatōnum ostendit dis cens. **I**llud quod ī parauilis dicitur ori ginalē peccatum cum adhuc non vtanē libero arbitrio voluntatis. non absurde vocatur voluntarium. quia ex prima ho minis mala voluntate contractum. fa ctum est quodammodo hereditarium.

¶ **G**uare deus animam corpori iungit sci ens eam īde maculari. et iō damnari.

Sic vero queritur. cur de⁹ qui fe cit animam ipa; sine macula. et scit eam ex corporis coniunctōne maculam peccati contrahere. et ali quando ante baptismum seiungi ab ipo corpore. et sic damnari/eam corpori iū g. et respondemus ex altitudine iudiciorum dei id prouenire. et nec iniuste id a deo fieri. **I**pe enim non incongrue humāe conditōis modum/ quem a pri cipio instituit. licet peccata hominum ī tercesserint sine immutacōe cōtinue ser uat. **C**orpora de materia a principio su ne viuo facta fingenā / animas qz de m ētulo creans. eorumqz coniunctōe homi nem perficiens. **C**um ergo veraqz homi nis natura a deo sine vicio sit instituta. licet a se peccato sit viciata. non ideo ī mutabilis deus. humane conditōis pa mariam legem mutare debuit. sive ab homi multiplicatione desistere

¶ **A**n anima sit talis qualis a deo creatur

Fīc a quibusdaz queri solz. vtqz anima talis sit ante baptismum qualis a deo creatur quod non est probare conantur. hoc mō anima ī corpore creatur. ī cuius coniunctione peccato maculatur. **Q**uācito ergo est

peccatum habet. nec prius fuit q̄ pecca tuz habuerit. **N**on est ergo talis qualis a deo creatur. **C**reatur enim a deo ino cens et sine vicio. et nunquam talis est. **N**ō quod dici potest. quia non omnino talis est qualem eam deus fecit. **D**eus enim bonam eam fecit/et bonitatem ei sine corruptōne īdidit. **E**t dicitur illa naturalis bonitas quam ī creatōne a o ditore suscepit. quam bonitatem propt̄ peccatum penitus non amisit. sed vicia tam habuit/quam deus tamen sine vi tio fecit. **S**i emm res bona nō esset amma. ī ea malum eē nequirit. **C**um non possit malum eē r̄isi ī bono ut post di cetur. **N**on ergo omnino talis ē anima qualis a deo est creata. **S**icut quis pol lucas habens manus. nō tale habuit po num quale ego dedi mundis manus ego emm dedi mundum.

¶ **A**n anime ex creatōne sunt equeales ī do mis naturalibus.

Illud quoqz non incongrue queri so let. vtrum omnes anime ex creatō ne equeales sint. an alie alijs excel lentes. **P**luribus non irrōnabiliter vi detur q̄ ex ipa creatōne alie alijs excel lant ī naturalibus domis. vt ī essentia alia alijs sit subtil:or. et ad intelligendū memorandumqz habilior. utpote acuti orī īgēmo et perspicaciōi intellectu p dita. quod non improbabiliter dicitur cum ī angelis ita fuisse constet. **E**t licz naturalibus domis alie pre alijs polleāt et tamen ante baptismū a corpore discedentes parem penam. et post baptismū statim equarem coronam sortiuntur. q̄a īgenij acumen vel tarditas premium vel penam ī futuro non collocat.

¶ **A**n peccata omnium precedentiu; p̄m paruuli originaliter trahant ut pec catum ade.

ALERE MUNDO CIBIS VENIENS

paruulis imputari.

¶ Quod in illo uno primo peccato plura reperiuntur.

Quod vno in actuali peccato ade plura notari valeat peccata agustinus in encyclicalion insinuat. Possunt inquit intelligi plura peccata in una transgressione ade si in sua quasi membra dividatur. Nam et superbia est illic. quia homo in sua potius esse quam deo non credit. Et homicidium / quia se in mortem precipitavit. Et fornicatio spiritualis. quia integritas mentis humanae serpentina suasione corrupta est. Et furcum. quia cibus prohibitus et usurpatus est. Et avaricia / quia plus quam sufficere illi debuit. appetiunt et si quid aliud in hoc uno inueniri potest.

De parentum peccatis an puulos teneantur.

Quoniam de parentum precedentium peccatis utrum paruulis imputentur magis opinando quam assere disceptat ita inquietans. Parentum peccatis paruulos obligari. non solum primorum hominum / sed etiam suorum / de quibus ipsi nati sunt non improbabiliter dicitur. Illa quippe diuina sententia. reddas peccata patrum in filios. tenet eos ante regenerationem usque ad eo ut etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat. In iniquitatibus conceptus sum. et in peccatis concepit me mater mea. Non dicit iniquitate vel in peccato. cum et hoc recte dici posset. Sed iniquitates et peccata dicere maluit. quia et in illo uno quod in omnes homines ptransiit. atque tam magnum est ut in eo mutaretur humana natura repinguatur si cui supra differuit plura peccata et alia parentum que non ita possunt mutare naturam. reatu obligant filios nisi gratia dei subueniat. Sed de peccatis aliorum

Predictis adjiciendum videtur an peccata precedentium prim ad paruulos transeant. sicut illud primi hominis delictum in omnes carnaliter gemitos diximus redundasse. et si peccata parentum transeunt in paruulos. verum omnium qui fuerunt ab adam usque ad ipsos. an aliquorum et non omnium.

Quid super hoc agustinus in encyclion dicere videtur.

Onus hoc agustinus in encyclion ambiguo differit. Vide enim approbare peccata parentum precedentium imputari paruulis non omnium tamen qui fuerunt ab adam ne importabili et minima sarcina in pena eterna grauarentur paruuli. sed tantum eorum parentum qui eos a quarca generatione precesserunt. Quod confirmat illis verbis quibus in exodo dominus ait. Ego sum deus visitans iniquitates patrum usque in terciam et in quartam generationem quasi peccata parentum proximorum tantum paruulis imputetur et non alia / quod est per moderationem diuine miserationis.

Eorum ponit documenta qui dicunt ensire in paruulos parentum delicta.

Hec quod non illud solum primi hominis delictum paruulos teneat sed etiam alia illi quibus ita videtur. ex eo confirmant. quod etiam paruuli non modo maiores dicuntur baptisari in remissionem peccatorum pluralem numerum non per singularem in remissionem peccati. Et dauid de legitimo matrimonio procreatus dicit. In iniquitatibus conceptus sum. et in peccatis concepit me mater mea. Non dicit iniquitate vel in peccato. unde putatur non tantum illud peccatum originales / sed etiam plura quam in peccato ade reverti possunt. et alia parentum peccata

parentum quibus ab ipso adam usque ad patrem suum per generatōibꝫ suis qꝫ qꝫ succedit. non immerito disceptari potest. utrum omnium malis actibus et multis plicatis delictis originalibus qui nascitur implicetur ut tanto peius quanto posterius quisqꝫ nascatur. **N**n apterea de in terciam et quartam generatōem de de peccatis parentum posteris eorum committetur/quia iram suam quantum ad progenitorum culpam non exten dit ulterius moderatōe miseratōis sue ne illi quibus regeneratōis gratia non confertur nimia sarcina in ipso eterna dā natōne p̄merentur si cogerentur ab ipso initio generis humāni. omnium prae dentium parentum suorum origināliter peccata contrahere. et penas per eis debitas pendere. **N**n aliquid aliud dicitur in scripturis sanctis diligenter p̄scrutatis ac tractatis valeat vel non valeat reprehiri/temere affirmare non audeo. Ecce perspicuum fit lectori aug. superiora dixisse non asserendo. sed dīversorū opinōnes referendo.

Ostendit augustinus sibi fore contrarium si id sentiret.

Alioquin sibiī contradicere ostendetur qui in eodem libro omnium mitissimam dicit esse penā parvolorum qui originali tantum tenentur peccato. his verbis **O**ditissima sane pena eorum erit/qui preter peccatū quod originale straverunt. nullum insuper addiderunt. et in ceteris qui et addiderunt. tanto quisqꝫ ibi tolerabiliorē habebit damnationem. quanto hic minorē habuit iniquitatem. **E**cce hic aperte dicit parvolorum penam omnium aliarū penarum esse levissimam. **Q**uod si est. non ergo peccatis patrum precedentius obligantur/misi ade. **S**i enim pro peccatis parentum actualibus eternaliter puniuntur. quia pro suo originali non iam minus/sed forte magis quam iporum paren-

tes puniuntur. **N**on ergo pro peccatis parentum actualibus. nec etiā per actualibꝫ primi parentis. sed pro originali quod a parentibꝫ trahitur/parvuli dā nabuntur. per eo nullam aliam ignis materialis vel conscientie vermis pena sensuri. nisi quod dei visione carebunt imperpetuum. **V**no ergo et non pluribus peccatis parvuli obligati sunt. **V**nde etiā ea quibus illa opinio muniri videtur. si quod peccata et iniquitates in parvulis alii quando scriptura ē significat vites pluriāl numero. **I**ta determinat augustinus in eodem libro. quia in scriptura per singularem numerum pluralis numerus semper significari solet. ut ibi. **O**ra ergo ad deum ut auferat a nobis serpentem. non ait serpentes quos patiebatur populus. **E**t econuerso per plurales significatur singularis numerus ut in euāgeliō. Mortui sunt enim qui quererant animā pueri. non ait mortuus est. cum loqueretur de herode. **E**t in erodo. fecerunt deos aureos cum unū fecerūt vitulum. de quo dixerunt. **I**sti sunt dij tui israel. **I**ta et illud originale unum plurali numero significatur. **C**um dicimus parvulos in peccatorum remissione baptizari et in peccatis vel in iniquitatibus occipi

Non actuale peccatum ade sit quod ceteris

Hoc queri solet utrum peccatum ade transgressionis ex quo processit originales. et in quo plura supius notata sunt peccata grauius fuerit ceteris peccatis. Quibusdā ita ē videtur quia illud peccatum totam humanam naturam mutauit. sicut Iaugustinus dicit in encheridion. Illud unū peccatum in loco et habitu tante felicitatis admissum tam magnum est. ut in uno homine originaliter ut ita dixerim radicabilitate totum genus humanum damnaretur. **I**o in libro de ciuitate dei. Tanto maiori iusticia violatum est illis mandatum quod faciliori poterat obseruātia custodiri.

Nondum enim ipsi voluntati cupido: tas resistebat. quod de pena transgres- sione postea secutū est. **D**is alijsq; vtū tur autoritatib; qui illud peccatū cete ris aliorum hominum peccatis grauius eē dicit. **C**o etiam rōne ostendere la borant hoc modo. **D**magis nocuit illud peccatum q; aliquod alioru; quia totū humanum genus vitiauit/ac morti vtiq; subdidit. qd nullo alio peccato factum est. **O**aiorem ergo effectum mali habuit illd peccatū q; aliqd aliud.

Responsio contra illos vbi alia pecca ta ostendunt illo maiora.

And qd dici potest quia licet illd peccatum humanam naturam mātuerit in necessitatem moris et in totum genus humanum reatus diffuderit. non est tamen putandum g; uius fuisse peccato in sp̄m sanctum. qd neq; hic neq; in futuro ut veritas ait di mittitur. **C**o vero totam humanam na turam corrupti. non ideo est quia fuit grauius cunctis alijs peccatis. **S**z quia ab homine commissum est qn in uno ho minē tota humana natura consistebat. et ideo tota in eo corrupta est. **O**aiore q; effectum mali intulit/quantū ad mul tiplices defectus qui ex eo manauerunt sed non quantum ad penam eternā quā grauiorem non merint/quā plures po stea meruerunt per alia peccata. immo alios grauiorem pmeruisse credim; irā q; adam meruerit.

Ten illud peccatum sit primis dimissum parentibus.

Antem queritur vtrum illud peccatum fuerit dimissum pri mis parentibus. **D**icim; eos p penitentiam remam consecutos. **V**nde augustinus in libro de baptismo paruu lorum ait. Sicut illi primi parentes po stea iuste viuendo creduntur per dñm san

guinem ab extremo liberati supplicio. n tamen in illa vita meruerunt ad paradi sum reuocari. sic et caro peccati etiam remissa peccatis. si homo in ea iuste vi perit/non continuo meretur eam morte; non perpeti quam traxit de propagine peccati.

Rip peccata parentum visitantur in filios. et q; non sunt aduersa que deus dicit in exodo et in ezechiele.

Ecclit peccatis parentum nisi ade paruuli non obligentur. nō est tamen diffitendum peccata parentum in filios redundare. sicut do minus in exodo ad mōsen ait. Ego suz deus fortis zelotes visitans iniquitatem patrum in filios vſq; in tertiam et quartā gnatō; his q; odēt me. **D**is v̄bis apte inīnuacē q; de reddit peccata p̄m super filios tercios et quartos. **D**uic autem videtur aduersari quod dominus ait in ezechiele. Quid ē q; inter vos parabolam veritatis in puerium istud dicentes. Patres comedenter vuam acer bam et dentes filiorum obstupescunt. **V**iuo ego dicit dominus. hec erit vobis vltra parabola. hoc in proverbiū. Oēs anima mee snt ut anima patris / ita et anima filij mea est. Et anima que peccauerit ipa morietur. filius non portabit iniquitatem patris. et pater non portabit iniquitatem filij. **J**usticia iusti super euz erit/et ipietas impij super eum erit. **D**is verbis videtur deus corrigere prophetas q; maledixerit in lege.. **S**i enim peccata patrum reddit in tertiam et quartā generatōrem. Injusticia videtur eē dei ut aliis peccet et aliis puniatur. Quo modo enim iustum est alium peccare. et alium peccata lugere.

Determinatō pmissarum autoritatum/ auementiam ostendens.

Ego vt ait hieronimus vt lex et prophete. i. exodus et ezechiel in mo

ip̄e d̄ens qui et hic et ibi locutus est in sententia dispare videatur. attenda mus finem illius autoritatis exodi. Di cto enim reddam iniquitates patrum i filios. addit. his qui oderunt me. p q̄ euidenter ostendit. non ideo punire filios/qua peccauerunt patres. sed q̄ eis similes quodam hereditario malo deū oderunt. Illud ergo quod in exodo dominus dicit / sicut hieromimus tradit. non id sonat quod multi existimant. nec est simile huic proverbio. Pa tres comedenter vuam acerbam t̄c. Il lud enim exodi hieromimus super ezech elem. Et augustinus super psalmū. Deus laudem mēa ne tacueris. de filijs peccata patrum imitancib⁹ accipiendum censem. super quos dicitur deus redde re peccata patrum. quia punit eos/ eo q̄ imitantur peccata patrum. non quia patres peccauerūt. Non itaq; corrigit dominus in prophetā quod ante dixerat in legē. sed quomō intelligendum sit aperit. Onde et illos qui prae intelligebāt aruit qui dicebant patres comedērē t̄c

est. an in hoc opere una sit eademq; vo-
luntas. qua volo reficere esurientem. et
qua volo habere vitam eternam. Vide
nempe talis intentio voluntas esse ut em̄
voluntas est. qua volo reficere esurientē.
ita et voluntas est qua per illud volo ha-
bere vitam. Et alia quidem videtur vo-
luntas esse. qua volo habere vitā. et alia
qua pauperi subuenire volo. Sed ista ad
illam refertur. Nam & si hoc ita placeat
ut in eo cum aliqua delectatione volun-
tas acquiescat. nondum tamē illud quo
tenditur. sed hoc ad illud refertur. ut
illud deputetur tāq; patria eius. Istud
vero tanq; refectione vel mansio viatoris.
et sunt iste voluntates affectus sine mo-
tus mentis quibus quasi gressibus vel
passib; tenditur ad patriā. Sicut ergo
altera est voluntas vidēdi fenestrā ut

supra docente aug. didicim⁹ altera que ex ista nectitur voluntas scz p fenestras vidēdi transeuntes. Ita nonnullis alia videt esse voluntas elemosinas dādi pauperi. alia voluntas habendi vitam. Alij autem putant q̄ vna sit voluntas et hic & ibi. sed apter subiectorū multiplicitatē diuersitas memoratur voluntatū. Ceterū quodlibet horum verum sit. illud nulli in ambiguū venit. quin voluntas ex suo fine penetur. utrum recta sit an prava. peccatum an gratia. & quin nomine intentionis aliquando fīs. aliquando voluntas intelligatur. 39.

Dīscutitio 39

Cum voluntas sit de his que homo naturaliter habet. quare peccatum fore dicatur cum nullū aliud naturale p̄tī sit

Fac auz̄ oritur questio satis necessaria ex superioribus causam trahens. Dicitum ē em̄ supra voluntatez messe naturaliter hominē. sicut intellectus & memoria. Que autem hominē naturalia sunt q̄tūmenq; vitiē bona tamen esse non desinunt. quia non valet vitium bonitatem in qua deus eā fecit penitus cōsumerē. ut verbi gratia Intellectus uel ratio & ingenium ac memoria. & si vitijs ac peccatis obnubilē & corrumpantur. bona tamen sunt. nec peccata nominant̄ sicut aug. de ratione que ē imago dei in qua facti sumus euidenter ostendit in xv. li. de trin. hec est inquit imago in qua homines sunt creati. qua ceteris animalibus presunt q̄ crea tura in rebus creatis excellentissima est cum a deo iustificatur a deformi forma in formosam mutatur formam. Erat em̄ inter virtua natura bona. hec autem imago ratio ē vel intellectus. Cum ergo voluntas de naturalibus sit / quare ipsa nō semper bonū ē / & si aliquando vitijs sub iaceat. Nd hoc facile respōderēs qui dīcūt omnia que sunt inquantū sunt bona esse. quia & ipsam uoluntatem inquantū ē uel inquantū uoluntas ē ut supra posuit

39. 39.

mus bonum esse afferunt. sed inquantum in ordinata ē. mala ē & peccatum. Obi po test ab eis rationabiliter queri si voluntas inquantum inordinata est. peccatum ē quare ergo intellectus ratio & ingenius & huiusmodi cum inordinata sunt. peccata non sunt. Inordinata uero sunt si cut uoluntas cum ad rectum finem non tendunt eorumq; actus preuaricationis existunt. Nd q̄ illi dicunt voluntatis nomine aliquando vim naturalem scilicet potentiam volendi. aliquando actum ipsius vis significari. vis autem ipsa naturaliter anime in sita nunq̄ peccatum est. sicut nec vis memorandi uel intelligēdi Sed actus huius vis qui & uoluntas dicitur tunc ē peccatum q̄ inordinata ē.

Quare actus uoluntatis sit peccatum si actus aliarum potentiarū n̄ sint peccata.

Sed adhuc queritur quare huic naturalis potentie actus peccatum sit. si aliarum potentiarum actus peccata non sunt. scilicet potentie memorandi cuius actus ē memorare. & potentie intelligendi. cuius actus est intelligere. Nd qd & ipsi dicunt. quia alterius generis est actus ille voluntatis q̄ actus memorie uel intellectus. Dic em̄ actus est ad aliquid adipiscendum vel n̄ amittendum. qui n̄ potest esse de malis. qn sit mal⁹. Velle em̄ mala malū ē. S; intelligere vel memorare mala n̄ ē malū. Quamvis eorum quidam etiam hos actus malos esse interdum non improbe afferant. Demorat em̄ interdum quis malum ut faciat. & querit intelligere verum ut sciat impugnare. Ecce qualiter solvit premissa questio ab his qui tra dunt omnia esse bona inquantum sunt. Qui uero dicunt voluntates malas peccata esse & nullo modo bona brevius respondentes dicentes actum uoluntatis nō esse de naturalibus. sed vim ipsam & potentiam uolendi que semper bonum est. & in omnibus ē. etiā in paruulis in quib⁹

nondum ē actus eius.

Ruomodo intelligendum sit illud & ho-
mo etiam qui seruus ē peccati naturalis-
ter vult bonum.

Dicitur quod recerea queri solet quomodo
intelligendum sit / qd̄ ait ambro-
stoli. Non quod volo illud ago. sed qd̄
nolo. illud facio. Dicit enim qd̄ homo sub-
iectus peccato. facit qd̄ non vult. qd̄ na-
turaliter vult bonum. Sed voluntas hec
semper caret effectu nisi gratia dei adiu-
uet. & liberet. Si homo subiectus pecca-
to ē vult quidem malum & operatur. qd̄
seruus est peccati. & eius voluntatem. si
cui supra dixit aug⁹. libenter facit. Quo-
modo ergo naturaliter vult bonum. an
est eadem voluntas id ē idem motus qd̄
libenter peccato seruit & quo naturalis-
ter vult bonum. Sed non ē eadem volu-
tas. que ergo istarum ē. qua cum homo
iustificatur a seruitate peccati liberae.
Ut enim differimus superius gratia dei
voluntatem hominis liberat & adiuuat
que voluntatem hominis preparat adiu-
uandam & adiuuat preparatā. Sed que
est illa voluntas. an illa que naturaliter
vult bonum. & an illa que libenter seruit
peccato. Si tamen due sunt voluntates
posita ē questio profunda que varia a
diuersis expositione determinatur. Alij
enī dicunt duos esse motus. unum quo
vult bonum naturaliter & quare natura-
liter dicitur. quia talis fuit motus natu-
re humane in prima editione in qua crea-
ti sine vitio sumus. que proprie natura dici-
tur. fuit enim homo creatus in voluntate
rectus. Unde in ecclesiasticis dogmati-
bus scriptum ē. firmissime tene primos
homines bonos & rectos esse creatos cū
libero arbitrio quo possunt si volunt p-
pria voluntate peccare. eosq; non neces-
itate. sed propria voluntate peccasse. Ne-
cete ergo dicitur hoc naturaliter bonum
quia in recta & bona voluntate condit?

ē. Superior em̄ sc̄milla rationis que eti-
am ut ait iero. in capm non potuit ext̄m
gui. bonum semper vult. & malum semp-
redit. alium autem dicunt motū esse men-
tis quo mens relicta superiorum lege. su-
bicit se peccatis. eisq; oblectatur. Iste
motus ut aiunt. anteq; assit alicui gra-
tia dominatur & regnat in homine. alte-
rumq; deprimit motum. pterq; tamen
ex libero arbitrio est. Veniente aut̄ gra-
tia. ille malus motus eliditur. & alter na-
turaliter bonus liberatur & adiuuat
ut efficaciter bonum velit. Ante gratias
vero licet naturaliter homo velit bonū
Non tamen absolute concedi oportet
bonam habere uoluntatem. sed potius
malā. Alij aut̄ dicunt unā eē voluntatē. i.
vnū motum quo naturaliter vult hō bo-
num. & ex vicio vult homo malum. eo qd̄
delectatur. & inquit vult bonum. na-
turaliter bonus ē. inquit malus vult / ma-
lus est.

Fin ex fine omnes actus pensari debeant
ut simpliciter boni vel mali dicant.

Quadragesima. Distinctio
Post hec de actibus adiciendum
videtur utrum & ipsi ex fine si-
cuit voluntas pensari debeant
boni vel mali. licet enim secundū quos
dam omnes boni sint. inquantum natu-
raliter sunt. non tamen absolute dicendi
sunt omnes boni. nec omnes remunera-
bles. sed quidam mali simpliciter dicū-
tur. sicut & alijs boni. Nam simpliciter ac-
vere sunt boni illi actus qui bonam ba-
bent causam & intentionem id ē qui vo-
luntatem bonam comitantur. & ad bo-
num finem tendunt. Mali vero simplici-
ter dici debent / qui peruersam habent
causam & intentionem. unde ambrosius
ait. Effectus tuus operi tuo nomen im-
ponit. & augustinus super psalmūm tri-
cesimumprimum. Nemo computet bo-
na opera sua ante fidem. Ita enim vide-
tur mihi esse ut magne vires & cursus
celerimus. preter viam. quia ubi ipsa
fides non erat. bonum opus non erat.

Bonum em̄ opus intentio facit. Intencionem fides dirigit. Non valde attendas quid hō faciat/ sed quid cū facit attendat. quo lacertos optime gubernatō mā dirigat. Dis testimonijs iſinuare videntur ex affectu & fine opera bona esse vel mala quibus consonat qd ueritas in euangelio ait. Non potest arbor bona fructus malos facere. neq; arbor mala fructus bonos facere. Nomine arboris non natura humane mentis sed volūtas intelligitur. que si mala fuerit / nō bona sed mala opera facit. Si vero bona fuerit/bona non mala facit opera.

Vtrū om̄ia opera hominis ex affectu & fine sint bona vel mala.

Sed queritur vtrum om̄ia opera hominis ex affectu & fine sint bona vel mala. Quibusdam ita videtur esse qui dicūt omnes actus esse indifferentes vt nec boni nec mali per se sint. Sed ex intentione bona bonus. & ex mala malus sit om̄is actus. Secunduz quos quilibet actus potest esse bonus si bona intentione geratur. Alijs autem vindetur q; quidam actus ī se mali sint ita vt non possint esse nisi peccata etiam si bonam habeant causam. & quidam ī se boni. ita vt & si malam habeant causam non tamen boni esse desinant. Qd testimonijs aug. confirmant qui dicit bonum aliquando nō bene fieri. Quod em̄ quis inuitus vel necessitate facit non bene facit. quia non bona facit intentione vt ait aug. super iohannem. Seruiliſ inquit timor non ē ī caritate ī quo quis credatur deo non tamen ī deum. & si bonum fiat non tamen bene. Nemo em̄ inuitus bene facit etiam si bonum ē quod facit. Ecce habes q; alius non bene facit illud qd bonum ē. Facit ergo qd bonum est intentione non bona. Ideo asserunt illi quedaz opera esse talia que sic bona sunt q; mala esse non possunt quocunq; modo fiant sicut econuerso quedam sic

sunt mala. vt non possit esse bona quacū q; ex causa fiant. alia autem esse opera que ex fine vel ex causa bona sūt vel mala. & ad illa referunt sanctorum testimonia quibus ex affectu vel intentione nū dicium operum pensari dicunt. Triptis tam edunt isti differentiā actuum

Qualit aug. sentire videat qui dicit opera hominis esse bona vel mala et intentione & causa & preter quedam que p se peccata sunt.

Sed aug. emēndissime docet ī libro contra mendacium omnes actus secundum intentionem & causam iudicandos bonos vel malos p ter quosdam qui ita sunt mali vt nunq; possent esse boni. etiam si bonam videantur habere causam. Interest Augus. ī quic plurimum qua causa. quo fine. qua intentione quid fiat. Sed ea que ostac esse peccata. nullo bone cause obtentu. nullo quasi bono fine. nulla velut bona ī intentione facienda sunt. Ea quippe opera hominū. si causas habuerint bonas vel malas. nunc sunt bona. nunc mala. que n̄ sunt p seipsa peccata sicut victimum preber pauperibus bonum ē. si sic causa misericordie cum recta fide. & cōcubitus cōiugalis quādo fit causa generandi. si ea fide fiat vt gignantur regenerandi. hec rursus mala sunt si malas habeant causas velut si iactantie causa pascitur pauper. aut lascivie causa cum uxore concubitur. aut filij generantur nō vt deo sed vt dyabolo nutriātur. Cum vero opera ipsa per se peccata sunt vt furta/stupra/ blasphemie/quis dicat causis bonis esse facienda vel peccata non esse. vel qd est absurdius iusta peccata esse. Quis dicat furem diuitibus vt habeamus qd demus pauperibus. aut falsa testimonia pferamus/non vnde innocentes ledant sed potiū saluent. duo em̄ bona hec sūt vt mops alatur. & īnocens nō punit. aut quis dicat adulteriū esse faciendum

ve per illaz cum qua sit homo de morte liberetur. **T**estamenta etiam vera cur n̄ supprimimus & falsa supponimus. ne hereditates habeant qui nihil boni agunt. **S**ed hi potius qui indigentes ad iumentum cur non fiant illa mala propter hec bona si ppter hec bona. nec illa sunt mala. **C**ur non ab immundis meretricibus que ditant stupratores rapiat diuitias vir bonus. ut indigentibꝫ eas largia tur. **C**um malum nullum malū sit si pro bono fiat quis hoc dicat nisi qui res humanas moresq; conatur & leges subuertere. qđ em̄ facimus non dicatur recte fieri posse nec impune tantum. verum etiam gloriose ut in eo non timeatur supplicium sed speretur & premiū si semel concederimus in malis actibus nō quid fiat sed quare fiat ē querendum. ut que cunq; p bonis fiunt causis nec ipsa mala esse iudicentur. **N**ec iusticia merito permittit eum qui dicit se subtrapisse superflua diuitia ut preberet pauperi. & falsarum qui alienum corrupit testamentū ut is esset heres qui faceret elemosinas largas. non ille qui nullas. & eum qui se fecisse adulterium ostendit. ut per illaz cū qua fecit hominem de morte liberet. **S**i dicet aliquis ergo equandus ē fur cuncti furi qui voluntate misericordie furatur. **Q**uis hoc dixerit sed horū duorum non ideo quisq; ē bonus. qz peior ē unus. **P**erior em̄ est qui concupiscendo qđ qui miserando furatur sed si furcum omne peccatum ē ab omni furto abstinentum ē. **Q**uis em̄ dicat esse peccandum etiaz si aliud sit grauius. aliud leuius peccatum. **N**unc autem querimus quis actus peccatum sit vel non. **N**on quid grauius sit vel leuius. intende lector ppositis verbis tota mentis consideratio que non in utiliē habent exercitationē & dimicces quis actus sit peccatum qui scilicet mala habeat causam. nec ille tantum. quia sunt nonnulli actus qui & si bona; habeant causam tamē peccata sunt ut supra positū est. **E**x quo consequi videtur qz

non semper ex fine indicatur volentes sive actio mala sicut in illis q; p se peccata sunt. **I**lla em̄ cum quis gessent p alia bona causa bonū videlicet habere fines nec ex fine voluntas est mala. nec ex voluntate actio fit mala. s; ex actione voluntas fit prava. **I**n quibus aliqui ponunt actū indeorum qui crucifigēdo xp̄m arbitrabatur se obsequiū prestare deo. quia bonum finem dicunt eos sibi posuisse scilicet dei obsequiū. & tamen voluntatē eorum & actionem peruersam fore asserūt. **D**e bonis autem nulla sit exceptio in premisis verbis aug. quā omnis voluntas bona ex fine sit bona. & ex fine & ex voluntate omnis actio bona/bona ē. **S**ed nō omnis mala voluntas ex fine mala est. **N**ec omnis mala actio ex fine & ex voluntate mala ē. & omnis qui habet in aliam causam mala ē sed non omnis que bonā causaz habet bona ē. **I**deo qz cum ex affectu dicetur nomen imponi operi in bonis operibꝫ generaliter vera ē hec regula. sed in malis excipiuntur illa que p se mala sunt. **O**mma ergo hominis opera secundū intentionem & causam iudicantur bona vel mala exceptis his que p se mala sunt id ē que sine prevaricatione neq; sunt fieri.

¶ **Q**uidam dicunt predicta nō posse fieri bono fine.

¶ **V**e tamen quidam contendunt nunq; habere bonā causā. **Q**ui em̄ aliena furatur & pauperibꝫ tribuat non p bono ut aiunt furat. **N**ō em̄ bonum ē aliena pauperibus erogare. **Q**ui em̄ de rapina sacrificiū deo offert idem facit ut autoritas ait. ac si immolaret filium in conspectu patris victimet vel sacrificiū carnis deo offerat. **N**b; minabilis nempe deo ē impiorum oblatione. **I**ta etiam & hominem p adulteriu; a morte liberare malum esse dicunt. **E**t si em̄ bonum sit hominem a morte liberare. tamen sic hominem liberare malū

fore afferunt. Ideoq; aug. in superioris
bus dicunt temperasse sermonem. caute
q; locutum vbi ait. Ea que constat esse
peccata & nullo quasi bono fine / nulla
velut bona intentione facienda. Non em
simpliciter dirit bono fine & intentione
bona/ sed addidit quasi & velut. quia ta
lia non fiunt bono fine. & bona intentione. sed intentione que videtur bona. & fi
ne qui putatur bonus sed non e. Nec iō
excepit aug. ista ut aiunt quā causas ha
beant malas. Sed quia causas habent
que videntur bone. sunt tamē male.

An omnis intentio vel actio eorum qui
carent fide sit mala. **X** Srio

Onq; intentio ut supra dictum
est bonum opus faciat. & fides
intentionem dirigat/non imme
rito queri potest. vtrum omnis intentio
omneq; illorū opus malum sit qui fidez
non habent. Si em fides intentionez di
rigit. & intentio bonum opus facit / vbi
non e fides/nec intentio bona. nec opus
bonum esse videtur. quod a quibusdam
non irrationabiliter astruitur. qui dicēt
omnes actiones & voluntates hominis
sine fide malas esse que fide habita bo
ne existunt. **Vnde apostolus** ait. Omne
qd non e ex fide peccatum e. **Quod expo**
nens augustinus ait. Omnis infidelium
vita peccatum e. & nihil bonum e sine su
mo bono. vbi deest agmatio eterne veri
tatis/falsa virtus e etiam i optimis mo
ribus. & iacobus i epistola canonica ait
Qui offendit in uno scilicet in caritate/
factus e ommum reus. **Qui ergo** fidem
& caritatem non habet omnis eius acto
peccatum e. quia ad caritatem non refer
tur. **Quod em** ad caritatem non refert.
vt supra meminit aug. non fit quemad
modum fieri oportet. Ideoq; malum
e. Non ergo mandata custodit qui cari
tate caret. quia sine caritate nullum mā
datorū custoditur. **vnde aug.** super epi
stolam ad galathas ait. **Custoditionem**

^{20f 15}
legis dicit apostolus. non mebriari. non
occidere/nō mechari . & alia huiusmodi
ad bonos mores pertinentia que sine ca
ritate fide & spe impleri nō possunt. **N**ul
lum ergo mandatū implet nullumq; bo
num opus facit qui fidem & caritatē nō
habet. **I**mpossibile e em vt ait apostolus
sine fide aliquid placere deo. que ergo
sine fine fiunt bona non sunt quia omne
bonum placet deo.

Que premissae sententiae obiciuntur ex ver
bis augustinis.

Ets autem obicitur quod supra
dixit aug. scilicet q; in seruili ti
more & si bonum fiat non tamē
bene. **N**emo inuitus benefacit etiam si
bonum e quod facit. **D**ic em dicit bonū
fieri non bene ab illo qui caritatem
non habet. **Q**ui em seruiliter timet cari
tate vacuus e. de quo tamen hic dicit.
quia bonum facit. sed non bene. qui eti
am super illum locum psalmi. turcur in
uenit sibi midum vbi reponat pullos su
os. dicit q; iudei heretici & pagani ope
bona faciunt. quia vestiunt nudos. & pa
scunt pauperes. & huiusmodi/ sed non in
modo ecclesie. id est in fide. & ideo oculi
cantur pulli eorum. **Q**ibus illi respon
dent dicentes bona opera appellari hu
iusmodi que sine caritate fiunt. nō quia
bona sint quando sic fiunt. qd euideret
supra aug. docuit. sed quia bona essent
si aliter fierent. que etiam sui genere sūt
bona. sed ex affectu fiunt mala.

Aliorum sententia de premissa questiōe
qua querebatur si omnis actio eoru ma
la est qui fidem non habent.

Alii vero qui triphariam distin
ctionem actuum faciunt/ opera
cuncta que ad nature subsidiaz
fiunt semper bona esse astruunt. **S**ed q;
augustinus mala esse dicit si malas ha
beant causas. non ita accipendum est

3. Q. 3. q. 1.

ut pugn. m. 22
q. 1. pugn. bonum.

quasi ipsa mala sint. sed quia peccant et
mali sunt qui ea malo fine agunt. Item
et illud aliud scilicet bonum opus inten-
tio facit. et intentionem fides dirigit. de-
terminant dicentes ibi bonum vocatum
quod remunerabile est ad vitam. non quod
sicut sit solum bonum opus. immo etiam
alia plura. licet non ea ratione qua illa
sit bona. Bonum enim multipliciter accipi-
tur scilicet pro utili. pro remunerabili. pro
signo boni. pro specie boni. pro lito. et
forte alijs modis. Solaque illa intentio re-
munerabilis est ad vitam. quae fides di-
rigit. Sed non illa sola bona est ut aiunt.
Nam si quis iudeus vel malus christianus
necessitatem primi reueauerit natura-
li pietate ductus bonus fecit. et bona fu-
it voluntas qua illud fecit.

Hic ponuntur quedam augustinii. capi-
tula que retractavit. non quasi praeve-
cta sed quo sensu dixerit insinuans.

Post hoc inuestigari oportet quae
liter intelligentum sit quod augustinus
ait in libro de vera religione. usque-
ad eo inquit peccatum voluntarium ma-
lum est ut nullo modo sit peccatum si non
sit voluntarium. Quiusmodi dicti ratio-
nes augustinus in libro retractationum dicit.
Potest videri falsa hec diffinitione. sed si
diligenter discutiatur inuenietur esse ve-
rissima. peccatum quippe illud cogitan-
dum est quod tantummodo peccatum est
non quod est etiam peccati pena. scilicet
peccatum primum hominis / quod fuit
peccatum et causa peccati. sed non pena quaevis
et illa que non voluntaria peccata non in
merito dicuntur. quia vel a nescientibus
vel a coactis perpetrantur. non omnino pos-
sunt sine voluntate committi. quoniam
et ille qui peccat ignorans voluntate uti-
que facit. quod cum faciendum non sit / pu-
tat esse faciendum. et ille qui concupiscere
aduersus spiritum carne. non ea que
vult facit. concupiscit quidem nolens. et
in eo non facit quod vult. sed si vincitur

concupiscentie consentit volens. et in eo
non facit nisi quod vult. et illud quod in per-
nulis est originales peccatus / ex prima ho-
minis voluntate mala contractum est.
Non itaque falsus est quod dixi id est usque
ad eo peccatum voluntarium est recte. Ecce
qualiter accipiendo sit illud secundum vel de
primo peccato hominis vel de omnibus
generaliter peccatis mortiferis. quorum
licet quedam dicantur non voluntaria.
que scilicet per ignorantiam et per infir-
mitatem fiunt. Eadem tamen ea ratione
possunt dici voluntaria / quia sine volun-
tate non committuntur.

Aliud capitulum.

Fluis etiam intelligentia perqui-
renda est quod in libro de duabus
animabus edidit inquietus. Quis
quis nisi in voluntate peccatum est. quod
etiam in libro retractationum plane determi-
nat dicens. Potest putari ista falsa esse
sententia / qua diximus nusquam nisi in volun-
tate esse peccatum. cum apostolus dicat
quod nolo hoc facio recte. Sed peccatum
quod nusquam est nisi in voluntate / illud pre-
cipue intelligentum est / quod iusta damnatio
consecuta est id est primum hominis
peccatum. In eodem quoque libro de tua
bus animabus aliud tradidit considera-
tione dignum. ait enim. Non nisi volunta-
te peccatur. ipsamque voluntatem diffi-
cit dicens. Voluntas est animi motus
cogente nullo ad aliquid vel non amit-
tendum vel adipiscendum. huius dicti
causam aperiens. et intelligentiam pan-
dens in libro retractationum ait. hoc aperte
re dictum est ut hac diffinitione volens
anolente discerneretur. et sic ad illos re-
feretur intentio qui in paradiiso fece-
runt mali originem peccando nullo co-
gente peccato id est libera voluntate. quae
et scientes contra preceptum fecerunt. et
ille temptator suasit ut homo fieret non coegerit
Nam qui nesciens peccauit. non incon-
gruenter nolens peccasse dici potest. quis

¶ ipse qui nesciens fecit/volens tamen fecit. ita nec tale peccatum sine voluntate esse potuit. sed voluntas facti ibi fuit non peccati voluntas. quod tamen factum fuit peccatum. **H**oc enim factum est quod fieri non debuit. **R**uisq[ue] autem sciens peccat. si potest cogenti ad peccatum sine peccato resistere. nec tamen facit. utique volens peccat. quia qui potest resistere non cogitur cedere. quapropter peccatum sine voluntate esse non posse verissimum est. **E**x his liquet qualiter superiora accipienda sunt.

Mala voluntas est voluntariū peccatum.

Si autem omne peccatum mortale voluntarium est cum voluntas mala peccatum sit mortale constat voluntatem ipsam esse voluntarium peccatum. quid enim ut ait augustinus. tam in voluntate quam ipsa voluntas sita est. Voluntas itaque mala recte voluntarium dicitur peccatum. quia in voluntate consistit. Voluntas quippe ut ait augustinus. in eodem est prima causa peccandi. aut nullus peccatum est prima causa peccandi. nec est cui recte imputetur peccatum nisi peccanti. Non ergo est cui recte imputetur nisi voluntati. **H**oc autem de peccato actuali et mortali intelligendum est. Neque his verbis aliud volunt ostendere augustinus. ut ipse ait in retractationibus. nisi quia voluntas est qua peccatur et qua recte vivitur.

Non voluntas et actio mala in eodem homine et circa eadem rem sint unum peccatum an plura.

Vm autem voluntas mala et operatio sunt peccatum / queri solet utrum in eodem homine et circa eandem rem hec duo unum sint peccatum vel diuersa. ut si quis voluntate furatur voluntatem habuit malam que peccatum est. et actum malum qui item peccatum est. **H**ec autem duo diuersa sunt scilicet voluntas et actio. Sed nunquid diuersa sunt peccata unum dicunt quod-

dam unum esse peccatum. Alij vero dicunt diuersa esse peccata. quia cum constet hec duo esse diuersa. aut diuersa duo peccata dicuntur. aut duo diuersa non peccata. **R**uibus alijs respondent. hec duo diuersa non esse peccata plura. **N**on enim plura peccata sunt sed peccatum unum quia una prevaricatio vel inobedientia in utroque admittitur sive quando vult. sive quando agit. et unus est ibi contemptus. sed minor cum in voluntate solum peccatum continetur. **O** maior vero cum voluntati etiam operatio additur. et ideo maius fit peccatum. sed non plura. cum voluntas operi mancipetur.

Alia contra eosdem oppositio.

Sed adhuc eisdem obicitur si unum tantum illa duo peccata sunt cum quis voluntate mali prius accepta deinde opus patrauerit non pro aliquo ante opus reus est. nisi per quo ante opus reus erat. cum adhuc in sola voluntate peccatum consistebat. Nullus enim reus est eterne mortis nisi per peccato. Sed peccatum aliud non est ammissum actione quam prius admissum erat voluntate. Non ergo per aliquo alio iste fit damnabilis actu peccando quam ante fuerat cum sola voluntate delinquebat. **N**on hoc etiam et illi respondentes dicentes. propter peccatum quidem tantum illum reum furem constitui quaevis eius voluntas et actio unum fit peccatum / per alio tamen reus factus est actu peccando / quam prius erat sola voluntate delinquendo. quia per actu qui est aliud quam voluntas licet non aliud peccatum. **A**lia aduersus eosdem obiectio. Item et adhuc questionem instant dicentes hec duo ideo diuersa esse peccata. quia diuersorum legis mandatorum prevaricationes sunt. **N**lio enim mandato legis prohibetur actio furti scilicet non furaberis. alio furtandi voluntas scilicet non concupisces rei primi tui. **C**um autem hec duo diuersa mandata sint. quibus illa duo prohibentur.

patet illa duo diuersas esse p̄uaricatōs.
diuersa ergo peccata. **N**o quod etiam il
li dicunt. diuersa quidem esse mandata.
quibus illa duo distinctim p̄hibentur.
vt augustinus docet super exodus. **V**e
runtamen in illis non obseruatis / vna tā
tum p̄uaricatio incurrit. vnumq; cō
trahitur peccatū licet duo diuersa illis
p̄hibeantur. **S**icut econuerso duo sunt
mandata caritatis/ quibus duo precipi
untur diligi. vna tamen in eis nobis cō
mendat caritas.

Thi peccatū ab aliquo admissum ī eo sit
quousq; pemiteat.

Preterea solet queri. cum ab ali
quo perpetrato voluntate pec
cato volūtas id agendi & actio
transierit/nondum tamē vera habita pe
nitentia. **V**erum illud peccatum vſq; q
pemiteat sic in eo. qd non esse videtur/ q
volūtas illa que prius fuit non est. neq;
actio. quia neq; vult illud neq; illud a
git/ quod ante voluit & egit. **S**ed non
ē ignorādo p̄ctū duob; modis dici eē ī
aliq;. & trāsire scilicet actu & reatu. **A**ctu
est in aliquo dum ipsum peccatum ē vt
actio vel voluntas in peccante est. **R**ea
tu vero cū pro eo siue transierit siue as
fit. mens hominis polluta ē & corrupta
totusq; homo supplicijs obligatus per
petuis. nec vñq; est in aliquo peccatum
actu preter originales. qum sit etiam rea
tu. sed est reatu interduz postq; transit
actu.

Tribus modis dicit ī scriptura reat?

Beatū aut ī scriptura multipli
citer accipit scilicet p̄ culpa.
p̄ pena. p̄ obligatione pene tē
poralis vel eterne. **S**i em mortale ē ob
ligat nos pene eterne. si veniale obligat
nos pene temporali. **D**uo enim sunt ge
nera peccatorum/mortalium scilicet &
venialium. mortale est per quod homo
mortem eternam meretur. **C**rimen enim

142. fol. 10v. ca.
vt ait augustinus est quod est dignum
accusatione & damnatione. **V**eniale est
quod hominem vſq; ī reatum perpetue
mortis non grauat. **V**eruntamen pena
meretur. sed facile indulget

De modis peccatorū qui multipliciter
assigantur

Modi autem peccatorum varias
in scriptura habent distinctio
nes in qua dicitur peccatum duo
bus modis committi scilicet cupiditate
& timore. ut augustinus tradit super il
lum locū psalmi. **I**ncensa ignis & suffossa
Dis em duobus modis dicit oia pecca
ta mortalia includi. & incensa ea dicit q
ex cupiditate male incedente oruntur.
Suffossa vero que ex timore male bus
miliante pronemunt. quod est quando
quis cupit non cupienda. vel timet non
timenda. **A**libi vero dicitur peccatum
fieri tribus modis scilicet cogitatū vers
bo. & opere. **O**nde ieromimus super eze
chielem. tria generalia delicta sunt quis
bus humanum subiacet genus. **N**ut em
cogitatione. aut sermone. aut opere pec
camus. **D**is aliquando etiam additur
quartus modus scilicet consuetudinis.
quod in quadriduano lazaro significatū
est. **D**icitur quoq; homo peccare ī de
um. ī se. & ī proximum. **I**n deum. cum
de deo male sentit vt hereticus. vel que
dei sunt vſurpare presumit īdigne par
ticipando sacramentis. vel quando no
men dei peierando contemptibile facit.
In proximum peccat cum proximū īmu
ste ledit. **I**n se vero cum sibi & non alij
nocet

Tri modo differant delictum & p̄ctū.

Triam quoq; appellationem ha
bet. **D**icit em p̄ctū & delictū. &
delictū fortasse ē. vt ait aug. ī
questiōnibus leuitici. declinare a bono.
peccatum est facere malum. **A**liud ē em

declinare a bono. aliud est facere malū
Peccatum ergo ē perpetratio mali. De
lictum desertio boni. Quod & ipsum os-
tendit nomen. Quid em̄ aliud sonat de-
lictum m̄si derelictum. & qui delinquit
quid derelinquit m̄si bonum. Vel deli-
ctum ē qđ ignoranter fit. Peccatum qđ
scienter committitur. Indifferenter ta-
men & peccatum nomine delicti. & deli-
ctum nomine peccati appellatur

De septem principalibus vitijs.

Propterea sciendum est septem
esse vitia capitalia vel principa-
lia. ut greḡ. super exodus ait.
scilicet manem gloriam. iram. inuidiam.
accidiam. vel tristiciā. auariciam. castri-
margiam. luxuriam. Que ut ait iohānes
criso. significata sunt in vij. populis qui
terzā pmissionis israheli pmissam tene-
bāt. De his quasi vij. fontibus cuncte aia-
rum mortifere corruptele emanant. & di-
cuntur hec capitalia / quia ex eis oriunt
omnia mala. Nullum em̄ malum est qđ
etiam non ab aliquo horum originem
trahat.

De superbia que ē radix omnis mali.

Supbia tamen omnia mala ori-
untur & hec & alia. quia ut ait
greḡ. radix cuncti mali ē super-
bia de qua dicitur. Initium omnis pec-
cati ē superbia que ē amor proprie exellen-
tie. Cuius quatuor sunt species. ut greḡ
ait. Prima est. cum bonum quod habet
quis sibi tribuit. Secunda cum credit a-
deo esse datum. sed tamen p suis meri-
tis. Tercia cum se iactat habere. quod n̄
habet. Quarta cuz ceteris despctis sin-
gulariter vult videri. Operito ergo ra-
dix omnis mali dicitur superbia. Hinc
autem videt obuiare qđ apostolus ait
Radix omnū malorum ē cupiditas. qz
si radix omnū malorum ē cupiditas
ergo superbie. Quomodo ergo superbia
radix ē & initium omnis peccati.

Cquo sensu vtrunq; radix dicatur omni-
um malorum scz & superbia & cupiditas.

Sed vtrunq; recte dictum esse in-
telligitur. Si genera peccatorū
singulorum non singula generū
vterq; locutione includi intelligantur.
Nullum quippe genus peccati ē. quod i-
terdum ex superbia nō pueniat. Nulluz
etiam qđ ex cupiditate aliquando non
descendat. Sunt em̄ nonnulli hominum
qui ex cupiditate fiunt superbi. & aliqui
ex superbia fiunt cupidi. Est em̄ vt ait
augustinus homo qui non esset amator
pecunie nisi p hoc putaret se excellentio-
rem esse. Ideoq; vt excellat diuitias cu-
pit. Tali ex superbia oboz cupiditas.
& est aliquis qui nō amaret excellere n̄
si putaret per hoc diuitias maiores ha-
bere. Ideo ergo excellere laborat quia
diuitias habere amat. Hinc innascit su-
perbia. i. amor excellentie ex cupiditate
Patet ergo qđ ex superbia aliquando
cupiditas. & ex cupiditate aliquādo su-
perbia oritur. & ideo de vtraq; recte di-
citur qđ sit omnis mali.

De peccato in s.s. quod dicit etiam pec- catum ad mortem.

Sit preterea quoddā peccati ge-
nus ceteris grauius & abomi-
nabilius quod dicitur peccatum
in spiritū sanctū de quo i euā. veritas
ait. Qui peccauerit in sp̄m sanctū non re-
mitte ei. neq; hic neq; in futuro. Et io-
hannes in epistola canonica. ē peccatum
ad mortem. non p eo dico vt quis oret.
Qui em̄ peccat in patrē remittetur ei. &
qui peccat in filiū remittetur ei. Qui autē
blasphemauerit in s.s. non remittetur ei ne-
q; hic neq; in futuro

Quozundam opimo

Sed queritur quid sit illud pec-
catum in spiritū sanctū vel ad
mortem. quidam dicunt illud
peccatum esse despaciōis vel obstinatōis

obstinationem penitentiam

Obstinatio ē indurate mentis i malicia
prinacia p quā homo fit impenitēs. **D**e
speratio est qua quis diffidit penitē de
bonitate dei. extimans suam maliciā di
inne bonitatis magnitudinem excedere.
Sicut cāp̄m qui dixit. **O** maior est iniqui
tas mea. q̄ ut veniā merear. **V**erūq;
vero dī peccatū in spiritū sanctum. quia
spiritus sctū est amor patris et filij. et
benignitas quia se inuicē et nos diligunt
que tanta est cuius simis non est. **R**ecte
ergo in spiritū sanctum delinq̄ere di
cuntur. qui sua malicia dei bōnitatē sus
perare putant. et ideo penitentiam non
assumunt et qui iniquitati tam pertinaci
mente inherent ut eam nūq; relinq̄ere
apponant. et ad bōnitatem spiritū sancti
nunq; redire. patientia dei abutentes. et
de misericordia dei mīmis presumentes
quibus placet malicia ppter se. sicut pīs
bōntas. **I**sti mīmia pertinacia et psump
tione peccant autumantes deum non ē
iustum. **I**lli desperatione deum non bo
num estūant. tollentes in hoc turbulen
tissimo iniquitatatum mari portum di
uine indulgentie. quo se recipiāt fluctu
antes. atq; ipsa desperatione addūt pec
catā peccatis dicentes misericordiā nū
lā esse et q; super peccatores necessaria
damnatio debetur.

Verum omnis obstinatio sit peccatum
in spiritū sanctum.

Sed queritur vtrum oīs obstina
tio mentis in malicia obdurate
omnisq; desperatione sit peccatum
in spiritū sanctū. **Q**uidā dicunt omnes
obstinationē et omnes desperationē pec
catū esse in sp̄m sanctū. quod si ē aliquā
illud peccatū remittitur. quia multi eti
am obstinatissimi et despatisimū conuer
tuntur. vt aug. ait sup illum locū psal
mi. conuertam in profundū maris id ē i
eos qui erant despatisimū. et ibi mittit
cristallū suā sicut buccellas id ē obsti
natos facit aliorū doctores. **T**aliū cō
uersio ibi etiā eindenter ostendit vbi ait

obstinationem penitentiam

qui educit vīctos in fortitudine. **S**i mi
liter et eos qui exasperant qui habitant
in sepulcris. secundū istos illud peccatū
dicē irremissibile /non quā aliquando
dimittat. sed quia vix et raro et difficul
ter dimittitur. **N**on em̄ soluntur cristal
las nisi vehementi spiritus impetu. **A**lii
vero tradunt non q̄libet obstinationē
vel desperationē appellari peccatū in
sp̄m sanctū. **S**ed illam tantū quam co
mitatur impenitentia. qui etiam impe
nitentia dicunt esse peccatū in sp̄m san
ctū. **S**ed quia aug. dicit. impenitentia est
peccatum in spiritū sanctū. **S**ed cū ob
stinatus aliquis sic ē vt non peniteat di
scuti oportet an aliud obstinatio /aliud
impenitentia sit in eo peccatū an idem/
sed diversis modis om̄issum. **S**ecundū
istos peccatū illud dicitur irremissibile
eo q; nunq; dimittatur. **V**nde aug. etiā
dicit. q; hoc solum peccatum vīmā me
reri nō potest. et iero. q; taliter peccata
digne penitere nō pōt. et iō recte iohēs
dicit. vt n̄ p eo oret quis. q; qui sic pec
cat orationibus ecclesie hic vel i futuro
iūuari non potest. habens cor̄ induratum
tanq; lapis. **S**icut de dyabolo legitur.
Post hanc vitam qui valde mali sunt me
ritis ecclesie iūuari non possunt

Cui aliter accipit peccatū in sp̄m sanctū.

Hist etiam alia huiusmodi peccati
assignatio. hoc em̄ peccatū aug
diffimēta i li. de sermone domi
ni i monte ait. Peccatū ad mortem est
cum post agnitionem dei p gratiam xp̄i
oppugnat aliquis fraternitate; et aduer
sus ipsam gratiā qua reconciliatus ē dō
inuidie fauibus agitatur. qđ fortasse ē
peccatū in sp̄m sanctū. qđ peccatū nō di
citur remitti. non q; non sit ignoscendū
peccanti si peniteat. **S**ed quia tanta ē
labes peccati illius vt depandi humili
tatem subire non possit. etiam si pecca
tum suum mala conscientia agnoscere et
enunciare cogatur. vt iudas cum dixit

II

S. 23

peccavi facilis desperans cucurrit ad laqueum q̄ humilitate veniam peteret. quod ppter magnitudinem peccati iam ex damnatioē peccati. tales habere credendum ē. Ecce quedam assignatio peccati in spiritu sanctum vel ad mortē hic posita ē. qua illud peccatum esse tradit⁹ oppugnatio fraternitatis post agm̄tio- nem. et inuidentia gratie post reconcilia- tionem. quod species quedam obsti- tutionis intelligi potest. Illam tamen dif- finitionem aug. in libro retractationum rememorans aliquid adiciendū ibi fore nec asserēdo se dixisse apit ita dices. qđ quidem non confirmavi. quoniam hoc pu- tare me dixi. Sed tamen adiciendū fuit si in hac scelerata mentis pueritate fi- merit hanc vitam. quoniam de quocunq; pessimo in hac vita constituto non ē des- sperandum. nec p illo imprudenter ora- tur. de quo non despatur. His verbis in- sinuatur peccati pmissa diffimilione de scriptum/ tunc soluz debere dici ad mor- tem/ vel in spiritu sanctum. cū non habet dimittere penitentiam. nec te aliquo pec- catore despandum ē in hac vita. et ideo p omni esse orandum. Vnde illud iobā m̄s non p eo dico ut quis oret. sic acci- piendum videtur. ut p aliquo peccante ad mortem vel in spiritu sanctum postq; fi- mient hanc vitam non oremus. Dum au- tem in hac vita ē/nec peccatum illius in- dicare/nec de illo desperare. sed p illo orare debemus. Vnde augustin⁹ de ver- bis domini de impenitentia que ē blas- phemia in spiritu sanctu sic ait. Ista im- penitentia vel cor impenitens quandiu quisq; in hac carne viuit/ non potest iu- dicari. de nullo em̄ desperandum ē quā diu ad penitentiam patientia dei addu- cit. Paganus ē hodie. iudeus infidelis ē hodie. hereticus est hodie. scismatic⁹ est hodie. quid si eras amplectatur ca- tholicam pacem. et sequatur catholicæ veritatem/ quid si isti quos in quocunq; genere erois notas. et tanq; desperatis simos damnas. anteq; finiant istam vitā

agunt penitentia; et inueniunt veram re- quiem et vitam in futuro. Nolite ergo ante tempus quicquam iudicare. Ex his ostenditur p singulis peccatoribus in hac vita esse orandum. nec de aliquo es- se diffidendum quia conuerti potest dum in hac vita est quia nō potest sciri de ali- quo utrum peccauerit ad mortem vel in spiritu sanctum. nisi cum ab hac vita disces- serit. nisi forte alicui p spiritu sanctum mi- rabiliter revelatum fuerit. Ex predictis aliquatenus capi potest quomodo acci- piatur peccatum in spiritu sanctu scili- cet inuidentia gratie fraternitatem in penitentis oppugnans. que utiq; obsti- tutione ēē videt. et omnis impenitentis ob- stinatio atq; desperatio. Notandum ve- ro ē q; non omnis qui non penitet im- penitens dici potest. q; impenitentia proprie- obstinati ē et ut quidā volūt etiā despici-

¶ alia assignatio peccati in spiritu sanctum.

De hoc quoq; peccato in spiritu sanctum ambro. in li. de spiritu sancto differens diffimilam assignatio; tradit dicens. Cur dominus dixerit. qui blasphemauerit in filium hoīs dimittet ei q; aut blasphemauerit in spiritu sanctum ne- q; hic neq; in futuro dimittet ei. diligē- ter aduerte. nunquid alia ē offendit filij. alia spiritus sancti/ sicut una dignitas sic una iniuria. Sed si quis corporis specie de- ceptus humani remissus aliquid sentit de xp̄i carne q̄ dignum ē habet culpam. Non ē tamen exclusus a venia. Si quis vero sanctis p̄ dignitatem. maiestatem. et potestate abneget sempiternam. et pu- tet non in spiritu dei eici demonia/ sed in beelzebub non potest ibi exhortatio esse venie. ubi sacrilegi plenitudo est. Satis bic aperte explicatur quid sit peccatum in spiritu sanctu sc̄ qđ illi augustin⁹ de scriptioñ dgruere videt. qua illud pec- catum dicitur esse inuidentia gratie op- pugnans fraternitatem. Qui enim post agm̄tione veritatis sanctis p̄ veritatem

Dominus dicit
ex libro m/s

negat. eiusq; opera dicit esse beelzebub
potestati. bonitati. & gratie dei inuidere
non dubitat. Non utiq; distinctio illa
verborum sic accipienda ē quasi triū
personarum diuisa sint offense. sed ibi pec
catorum genera distincta sunt. Peccatum
enī in patrem/ id intelligit qd sit
p infirmitate. quia patri scriptura freqn
ter attribuit potentiam. Peccatum in fili
um qd sit p ignorantiam. quia sapientia
filio attribuitur. tertium expositum est. Qui
ergo peccat p infirmitatem vel p igno
rantiam/facile veniam adipisci. sed non
ille qui peccat in spiritu sanctum. Cum aut
una sit potentia. sapientia. bonitas erint
quare patri potentia filio. sapientia. spi
ritus sancto bonitas sepius assignet. supē
rius dictum est.

S. xx

De potentia peccandi. an sit boni vel
dyabolo a deo

Dicit predicta consideratio dignum
occurrit. verum peccandi poten
tia sit nobis a deo. vel a nobis.
Putare quidam potentia; recte agendi
nobis esse a deo. Potentiam vero pec
candi non a deo/ sed a nobis vel a dyab
olo esse / sicut mala voluntas non a deo
nobis ē sed a nobis & a dyabolo. bona
autem a deo tantum nobis est

Ratio ad pbandum qd bona voluntas n
sit homini nisi ex deo

Xvi. Iustitia dyaboli aperte

Bone namq; voluntatis & cogita
tionis in uitium non homini ex se
ipso nasci. sed diuinitus parari
& tribui in eo deus evidenter ostendit.
quia nec dyabulus nec aliquis angelon
cius ex quo in hanc caligine sunt detru
si. bona; potuit vel poterit resumere vo
luntate. qd si possibile foret vt humana
natura postq; a deo auersa bonitatem
prodidit voluntatis. ex se ipsa rursus eam
habere potuisset/ multo possibilius hec
natura haberet angelica. que quantomi
nus grauaf terrem corporis pondere/tan

tomagis hac esset p̄dita facultate. Non
ergo homo vel angelus a se voluntates
bonam habere potest. sed malā. Simili
ter & de potentia inquit. p similitudinem
voluntatis/de potentia boni vel mali dis
serentes qd illa sit a deo non ista.

Autoritatibus astruit potentiam peccā
di esse a deo.

Sed pluribus sanctorum testimo
nijs indubitanter monstratur.
qd potestas mali a deo ē a quo
ē omnis potestas. ait enī apostolus. Nō
ē potestas nisi a deo. Quod non de po
testate boni tantum. sed & mali intelligi
oportet. Cum pilato etiā veritas dicat
non haberes in me potestates / nisi datū
esset tibi desuper. Quidam nempe homi
num. vt ait aug. cupiditate nocendi per
se habet. potestatem aut si ille non dat
non habet. ideoq; dyabulus anteq; aliz
quid tolleret. iob dicebat domino. Odit
te manum t. id ē da potestatē qd etiā no
centium potestas nō est nisi a deo sicut
sapientia ait. p me reges regnant & tirā
m p me terrā tenent. Unde iob de dño
ait. qui facit regnare ypocrīta ppter pec
cata populi. de populo israel dicit de
dō eis regem in ira mea. Nocendi enī
voluntas potest esse ab hominis animo.
potestas aut non ē nisi a deo. & hoc ab
dita apta qd iusticia. Nam per potestatē
dyabolo datā iustos deus facit suos. de
hoc etiā greg. in moralibus ait. Tumo
ris elatio. non potestatis ordo. in crimi
ne est. Potentia deus tribuit. Elationē
vero potentie malitia nostre. mentis ins
uemit. Tollamus ergo qd de nostrō est.
qd non potentia iusta. sed actio prava dā
natur. His autoritatibus alijsq; plurib;
evidenter ostendit qd non ē potestas bo
ni vel mali cuiusq; nisi a deo equo & si
te lateat equitas

Non aliquando resistendū sit potestati.

Dicitur questione non transiliē
da silentio. **D**ictus est enim supra
quod potestas peccandi vel nocen-
di non est homini vel dyabolo. nisi a deo.
Apóstolus autem dicit. quod qui potestati
resistit. dei ordinationi resistit. **C**um ergo
dyabolo sit potestas mali. dei ordinatione
 eius potestati non esse resistendum vi-
detur. **S**ed sciendum est apostolum ibi
loqui de seculari potestati scilicet rege
et principe et huiusmodi. quibus non est re-
sistendum in his que iubet deus eis ex lib-
eri scilicet in tributis et huiusmodi. **S**i
vero princeps aliquis vel dyabolus ali-
quid iussirerit vel suaserit. contra deum
tunc resistendum est. **V**nde augustinus
determinans quando resistendum sit po-
testati in libro de natura boni ait. **S**i illud
iubeat potestas quod non debeas facere
hic sane contemne potestatem timendo
maiorē potestatē. **I**psos humanarum
rerum gradus aduerte. **S**i quid iussirerit
procurator. nunquid faciendum est. si con-
tra pconsulem iubeat. **N**ursus si quod ipse
pconsul iubeat. et imperator aliud iube-
at. nunquid dubitatur illo obtempore illi
esse seruendum. ergo si aliud imperator
aliud iubeat deus. obtempore illo obtempa-
dum est deo. **P**otestati ergo dyaboli vel
hominis tunc resistimus cum aliquid circa
deum suggesterit. in quo dei ordinationi
non resistimus sed obtempamus. **S**ic enim
deus precepit ut in malis nulli potestati
obediamus.

Explícit liber secundus.

